




1
6
662










XXIV
HERTZH


A



PRÆCELLENTIA & ΥΠΕΡΟΧΗ REGNI DANIÆ, NORVAGIÆ &c.

Ex

ANTIQVITATE

Primæ Propagationis DANORUM

&

REGIÆ EORUM POTESTATIS

D. O. M. A. & C.

Demonstrata & asserta,

Auctore

Ivaro Nicolai Hertzholmio.





Psal. 21. v. 3. 4. 5.

Quoniã prævenisti Regem in benedictionibus bonitatis: posuisti in capite ejus coronam de præstantissimo auro. Vitam petiit à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi. Magna est gloria ejus in salutari tuo, laudem & majestatem impones super eum.

HAUNIÆ,

Literis HENRICI GÖDIANI, Reg. & Acad. Typ.

Anno M. DC. LXII.

POTENTISSIMO & AUGUSTISSIMO
PRINCIPI & DOMINO

FRIDERICO TERTIO,

SERENISSIMO REGI DANORUM, NORWAGORUM, WANDALORUM GOTHORUMQUE; DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ, DITHMARSIÆ; COMITI DE OLDENBORG ET DELMENHORST. &c.
PATRIÆ RESTAURATORI FELICISSIMO, DOMINO CLEMENTISSIMO
PACEM,
TRIUMPHOS,
PROSPERITATEM
Voveo, qui per hæc Clementissimo meo REGI d.d.dedicata GRATIAM EJUS ter humillimè solicito
subjectissimus & fidelissimus
subjectus
Ivarus Nicolai Hertzholm.

Mart: l. 5. Epigr. 19. & 67. ad Cæsar.
Si qua fides Veri, præferri, Maxime Cæsar,
Temporibus possunt secula nulla tuis.
Quando magis dignos licuit spectare triumphos?
Quando Palatini plus meruere Dii?
Astra polumq; dedit, quamvis obstante noverca
Alcidæ, Nemeæ terror & Arcas aper.
Pro meritis cœlum tantis Auguste, dederunt
Alcidæ citò Dî, sed tibi sero dabunt.

CELSISSIMÆ & AUGUSTISSIMÆ

PRINCIPI

SOPHIÆ A-MALIÆ

SERENISSIMÆ HÆREDITARIÆ DANORUM, NORWEGORUM, WANDALORUM, GOTHORUMQUE REGINÆ, PRINCIPISSÆ DE BRUNSWIIG ET LUNENBURG, DUCIS SÆSLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ, DITHMARSIÆ; COMITISSÆ DE OLDENBORG ET DELMENHORST &c.

DOMINÆ MEÆ CLEMENTISSIMÆ

PACEM

FELICITATEM

&

AMALORUM TRIUMPHOS

Voveo, qui per hæc Celsissimæ meæ DOMINÆ d.d. dedicata GRATIAM EJUS ter humillimè solicito

ſubjectiſſimus & fideliſſimus ſubditus

Ivarus Nicolai Hertzholm.

Mart: ad Reg: in Epigr: 112.

Cùm tibi ſit Sophiæ par fama, & cura laborum,
Ingenio pietas nec minor ipſa tuo:
Ignorat meritis dare munera, qui tibi librum,
Et qui miratur pinguia thura dari.

Illustrissime & Excellentissime HEROS!

DN. PETRE RETZ
DN. DE TYGESTRUP
REGIE CANCELLARIE MAGNE,
REGIE SENATOR,
COLLEGII CANCELL. PRÆSES,
COLLEGII STATUS ASSESSOR,
Hadelandiæ, Romerigæ, Buskerudæ & Ringeridæ
GUBERNATOR,
ACADEMIÆ REGIÆ CONSERVATOR,
PATRONE OPTIME,

AUspiciô DIVINAE GRATIAE *hunc, qui inscribitur* PRAEEMINENTIA REGNI DANIAE, *Tractatum, laudabilium* REGNORUM *Exempla secutus, in æterna* DANORUM *felicitatis vota concepi, consecravi. Et cùm ille nullibi securam sedem sibi polliceri possit sine valido contra invidos & malitiosos patrocinio,* GRATIAM & TUTELAM *Augustissimi & Gloriosissimi* DANORUM REGIS *flagitat heic, fatigatq; quàm anxiè. Splendescente autē & coruscante usq; adeò Felicissimi nostri* DOMINI *æterna*

MA-

MAIESTATE, vereor ne perstringar; nisi si Magnificentia Tua aciem suam interposuerit, mihiq; facultatem Celsissimum REGIæ MAIESTATIS Thronum aspiciendi conciliaverit. Tuum itaq; Favorem & Benignitatem, MECOENAS Optime! implorandam imprimis decrevi, idq; maximâ fiduciâ, quòd scio multos Literatorum sub culmine MAGNIFICENTIæ Tuæ acquiescere, Teq;, quantus quantus sis, in eo esse totum, ut REGIS honorem, qui PATRIÆ est, & commoda enixè adaugere queas. Ansam hæc conscribendi præbuit mihi Lusitanus quidam, qui fortè Status DANORUM & rationum ignarus publicô quôdam Scriptô statuit REGEM DANIÆ frustra de prærogativa Sessionis cum REGE Lusitanorum contendere. Religionem duxi, omine credo Divinô, etiam sub ardentissimis dulcissimi Natalitii flammis hæc aliorumq; sine animadversione pro justo & vero restitutionis titulo in integrũ præterire: ne hoc malum sibi ita relictũ latius serpendo apud varias Nationes radices ageret. Quî factum est, institutũ nostrũ maturaverim tàm amore debitô & officiô, quàm suadente apud Exteros celeberrimâ hâc Testimoniorum copiâ,

piâ, quæ è Danis, Anglis, Scotis, Hibernis, Germanis, Hispanis, Gallis, Polonis, Romanis, Florentinis, Belgis, Græcis, Judæis, Chæroneis, Amasiis, Syracusanis, &c. causæ nostræ commodè & luculenter accedunt. Talia sunt ea, quæ promovenda intendo, desideróq;, nonnihil in admirationem maximæ DANORUM GENTIS collaturus si pariter, atq; in semet *præcipuam Imperii originem, felicitatem & magnitudinẽ ostendero. Tuam itaq; Magnificentiã, Conservator Academiæ Optime, submissè obtestor, hæc mea qualiacunq; in* REGEM & PATRIAM *studia, quæq; modò* S.S.M.M. *repræsento, ita Clementissimo* REGI *commendes; ut prælucente benivolâ Favoris Tui propensione ad reliquas Imperii laudes deinde (si ita* S.R.M. *visum fuerit) tutò & commodè transire liceat. Vale Illustrissime* HEROS, *& vige,*

Quem mihi opto Mæcenatem benignissimum

Ivarus Nicolai Hirtzholm.

ΠΡΟΑΥΛΙΟΝ.

Antiquitatem primum & ſolidum eſſe præcellentiæ fundamentum.

DIverſis ratiociniis expediunt argumenta de *prærogativa ſeſſionis* PRINCIPUM ſuorum Arumæus *de Comitiis*, Vaſæus *de Reg. Hiſp.* Caſſan. *de gloria mundi*, Suſa *de liberata Luſitania*, Speroni *del precedenza di Principi*, Achilles *in conſultatione de principatu inter provincias Europæ*. Carolus Garzias *in Antipateja inter nationes æmulas* & hujus exiſtimationis quâplurimi. Sunt inter eos, qui de magnificentia fortunæ gloriantur quàm enixè: ſunt qui Regionũ præſidio & ligneis muris quàm multùm attribuunt: alii montibus ſuis aureis nituntur, & auguſtiſſimam ſuam Cœli Soliq; fœturam tanquam penariũ & feudũ Exterarum gentium neceſſitati exponunt. Nonnulli providâ fortitudine temporaneos fortunæ morſus irrident, & vires retentæ Naturæ colligunt, Deo ſummo omnium Directori, cuncta committunt, nullámq; viam rationi & virtuti inviam exiſtimant: vaticinantur non majori difficultate inſequentibus futura, quàm quæ præteritis temporibus acta fuerunt glorioſè. Alii, qui ſuperſunt, rem accuratiùs examinant, & è continuata ſummæ eminentiæ conſtantia non poſſunt adduci ut credant, juſtum eſſe, ſi alter alteri cederet, qui prior fuerit jure Majeſtatis & præeminentiæ. Non itaq; ſine ratione tam Vetera quàm hodierna glorioſiſſimorum imperia uſq; adeò venerandam Antiquitatem extollunt, & eandem primum

mum esse atq; principalissimum argumentum vindicandi præeminentiam contendunt. Quod merito. Est quippe Antiquitas constantissimum indulgentiæ Divinæ & TerOptimi Maximi favoris certissimum testimonium. Quæ enim Deus odit illa dispergit, nec in perpetuitate secum consistere permittit. Amos VI. v. III. Zoph. I. v. III. Esa. XIX. v. III. & IV. Jerem. XLVIII. Non ultra laus Moab in Chesbon, cogitarunt super ea malum, venite & disperdamus eam מגוי de gente, id est, ne ulterius natio sit. Quid itaque produnt tot gubernationum mutationes? fortunæ temeritatem. Quid referunt tot amplissimarum Monarchiarum imperia? rerum humanarum vicissitudines & solius Dei duraturam Potestatem. Quid ominantur furibundi surgentium in propriam perniciem & oblivionem insultus? deplorandum excidium.

Clara fuit Sparte, magnæ viguêre Mycenæ
Nec non Cecropiæ, nec non Amphionis Arces:
Vile solum Sparte est, altæ cecidêre Mycenæ
Oedipodianæ, quid sunt nisi nomina Thebæ.

Talem querelam propter Gothorum triumphos infert Salvian. de prov. Dei L. VI. *Ubi*, inquit, *sunt antiquæ Romanorum opes & dignitates? fortissimi quondam Romani erant, nunc sine viribus. Terrebant Romani Veteres, nos timemus, vectigalia illis solvebant populi Barbarorum, nos vectigales Barbaris sumus, vendunt nobis lucis usuram, tota admodum salus commercium est, & statim insuper etiam ridiculos nos facimus, aurum, quod pendimus, munera vocamus, dicimus donum esse, quod pretium est, & quidem conditionis durissimæ & miserrimæ.* Quænam fuerit Campanorum conditio, liquet ex ipsorum oratione ad S. R. *Campani*, inquit,

qui Legatus, *etsi fortuna præsens magnificè loqui prohibet, non urbis amplitudine, non agri ubertate ulli populo præterquam vobis cedentes, haud parva, ut arbitror, accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram* &c. *Itaq; populum Campanum, urbémq; Capuam, agros, delubra Deûm, divina humanáq; omnia in vestrum, P. C. populiq; Romani ditionem dedimus. quicquid deinde patiemur, dedititii vestri passuri. Sub hæc dicta*, pergit Liv. Dec. I. L. VII. *omnes manus ad Consules tendentes, pleni lachrymarum in vestibulo Curiæ procubuerunt. Commoti Patres vice fortunarum humanarum, si ille præpotens opibus populus, luxuriâ superbiáq; clarus, à quo paulo ante auxilium finitimi petissent, adeò infractos gereret animos ut se ipse suáq; omnia potestatis alienæ faceret, tum jam fides agi visa* &c.

Contra colligit Deus illa, quæ amat; conservat hæc & è minimis incrementis ad summa, arboris instar, producit. Arbor crescit, à Sole virescit, sub pondere surculos producit. Ad hæc Cassan. de prætens. Regis Franc. in Castil. & Toled. acturus L. I. C. I. en la recherche de Roy de France. *La vieillesse de ses droicts si anciens ne peut affoiblir ou diminuer leur Vigueur: Au contraire ceste profonde Antiqvité en augmente la force: car les Couronnes des Rois ne sont pas hommageres de la vicissitude du temps, ains la dignité Royale possede une si eminente Vertu, qu' exempte des loix & de l' Empire de la fortune, elle conserve sa prerogative malgrè les revolutions des annees. Et la longve absence, qui fait souvent perdre les biens de la mesme fortune, acquiert telle preference*

 aux

aux siens, que plus droicts sacrez, qvi les occupent, d'autantque les Choses anciennes sont plus estimables & dignes d'honneur, que les nouvelles & recentes. C'est pourquoy l'Orient est preferè à l'Occident & le Commencement à la fin. Et on loue les Arbres pour leur âge, les Palais pour leur siecles & les familles pour leur durée: tant l'Antiquité avec toutes ses rides & traicts presqve effacez a de justes & meritez privileges. His accedit, quòd Dei voluntas sit, ut inhæreamus Antiquis, Jer. VI. v. 16. & delitiarum loco habetur ex Psalm. CXLIII. dixisse: *Memor fui dierum Antiquorum.* Analogum DEITATIS est longos dies duxisse, & ipse Alt*issimus* est, qui audit è Dan. VII. v. 9. *Antiqvus dierum.* Talem Antiquitatis prærogativam olim novit Ecclesia etiam Ethnicorum prætendere, qvi ut evincerent (falsis tamen argumentis) contra Christianos Religionem suorum esse verissimam, Antiquitatem appellârunt, Tert. *l. 2. contra nationes* & *in lib. contra Praxeam.* Cum quæritur à Bellarmino, quare Catholicæ Ecclesiæ præeminentiam urgeat, respondet L. IV. de Eccles. c. 5. quia est Antiquissima. Sed quâ veritate, alibi videbimus; ubi præcellentiam Lutheranæ Ecclesiæ etiam ratione Antiquitatis illustraverimus. Regni Primates ut primum incipiunt de sessionis gradu contendere, nodum solvit Antiquitas: unde apud Gallos in Legibus Equestris ordinis, quas Ludov. XI. promulgavit, citatur: eô quemq; ordine ac loco futurum, quô in collegium Equitum cooptatus fuisset, Imperatoris ac Regis discrimine sublato. Bod. *de Rep.* Comperimus apud Historicos & Literatos pro obtinenda Antiquitatis prærogativa, cumprimis

inter

inter Scythas & Ægyptios Just. l. 2. inter Argivos & Athenienses. Isocr. *in Pathen.* inter Italos & Thurronenses; Marsil. *de bello Pelasg.* maximopere contentionis serram deductam fuisse. Dux Venetianorum inter alia de primo jure successionis cum cæteris Italiæ successivis Principibus, ac Rebusp. jura prætendit Antiquitatis Reip. suæ. *Inter Principes*, inquit Bod. *l.* 1. *de Rep. c.* 9. *quædam dignitatis prærogativa Antiquioribus Principibus ac Rebusp. deberi videtur, tametsi opibus ac potentia inferiores sint, ut quidem videmus inter Helvetiorum civitates Tigurinos dignitate cæteris priores esse, quoties conventus habeatur: horum enim Legatus quasi Princeps Legatos Regum ac Rerump. admittit ac dimittit, sententias in comitiis rogat, civitates etiam ad conventus invitare consuevit, tametsi* Ber*nates opibus ac imperii finibus potentiores habentur*: Quod urgetur jure primogeniture, priorem ætate, priorem esse jure præsumendum, alludit ad Antiquitatem. Lex hæc erat Mosaica & apud qvamplurimos hominum multùm obtinuit, maximè in Regnis hæreditariis, ubi Throuum priùs ascendit, qui Thronum priùs aspexit. Hæc itaq; Iberorum cautio est. Et aun mandaron, que si el hyo major moriesse, anteque heredasse, si dexasse hy, hya (limitatur illud in Comitiis Lamecensibus, quæ inferunt: PRINCIPEM Extraneo PRINCIPI collocatam, textus legit, *si cassaverit cum alio Principe*, nullam ad Regnum prætensionem habere) que huviesse de sa muger legitime, que aquello aquella oviesse non otro ninguno que si todos estos falecien debe heredar &

Reyno el mas propinque parente que huvieſſe &c. Emporendo ſtabilieron quæ ſi hyo varon non haviesſe la hya major heredaſſe al Regno. L.2.reg. Tit.15. in Taur Volum. CAROLUS I. Rex Angliæ, Candidiſſimus Libertatis Anglicanæ Martyr cùm in Palatio A. m. Jacobi *vulgo St. James* ſecluſus verſutiam cognoviſſet Uſurpatorum, minimum filiorum natu allocutus, mi fili, inquit, ſcio me extrema perpeſſo, Te Regem creatum iri, ſed noli jus Primogenituræ ſurripere. Qui uberiora de ſuffragio Antiquitatis deſiderat teſtimonia, adeat Jus Civile & ſeram Eruditorum prudentiam. *Eam neceſſitatem manere decrevit Auctoritas, quam ſtatuit Antiquitas.* Imppp. Valent. Theod. & Arcad. C. l. 11. t. 60. § 1. *Ab Antiquitate habent jura præſcriptionum ſuas vires.* Confer C. Tit. 32. § 4. *uſucap. vel præſcript. quam mala fides Auct. non imped.* hinc C. l. 3. Tit. 32. § 15. *potiorem in Dominio eſſe, cui res priùs traditur. Antiquitas facit omnia præſumi* Paul. de Caſt. *conſ.* 48. Franc. Aret. 98. 31. *Antiqvum obſervandum eſt* Alex. *conſ. ult.* in volum. 4. *& habet vim confeſſionis & Auctoritatis à Principe* Aret. in verbo Golg. *Antiqui in probationibus aliàs in prælatione debent honorari & debetur Antiquitati reverentia* in ſpec. de adv. § 6. Optimè Caſſan. ut ſupra. *Il n' a point eu de nation ſi peu policée, qui n' ait tousjours preferez les ainez.* Veriſſima eapropter eſt ἀπόδοσις, quam Cicero nobis ſubminiſtrat *de Div. Quis* inquit, *eſt, quē non moveat clariſſimis monumentis teſtata conſignataq; Vetuſtas,* Naz. orat. 37. *cùm neq; honeſtum neq; facilè ab iis tranſilire quæ longo uſu ac diuturno*

tem-

tempore in honore ac pretio fuerunt. Et tantum hâc vice: nam ſi in hac materia illuſtranda detinerer & ab hoc Boreali Danorum tractu proſilientia altiſſima Regum ſtemmata exponerem, uti Navarræ Regum Grot. *de Gotia proœm.* p. 52. uti Hiſpaniæ, Marian *de Hiſp.* Caramyel *in Philippo L.* 5. *diſp.* 8. *quæſt.* 12. uti Siciliæ & Calabriæ, Piſtor. *in Tabul.* uti Caroli Magni, qui, teſte Cambd. *in Brit.* p. 124. aſſerebat ſe à Gothis eſſe, & totam Europæam Nobilitatem de Scandia & Gothorum origine eſſe: item ſi Antiquitatem Religionis exprimerem eâ, quâ par erat, pietate; *de qua, ſi occaſio dederit, alibi acturi erimus:* & porro, ſi multitudinem familiarum ac earundem diverſitatem efferrem, propoſito cederem rei delineationẽ tantùm inituro. Ne tamen externis PRINCIPIBUS obſcurum fundamentum Antiquitatis, de qua ſibi gratulantur, remaneat, eum obſervationum noſtrarum tenorem ſervabo, qui præmonente S. S. TRINITATIS ſingulari Gratia & præfulgente Regia Danorum Majeſtate & illis & aliis bono ſedatóq; animo, obverſantes ſcrupulos eradicabit. Dabitur & hinc externis glorioſis Nationibus ſubſidium ſtabiliendi laudem ſuam, quòd debitam originem (*Utut demum per terrarum diverſitatem hodie Altricem & Alumnam diſſitæ*) deferant Scandinaviæ, veluti propriæ & primæ Matri Jorn. *de reb. Get.* Vulcanus Brugenſ. *notis in Jorn.* Bocarthus *in Phaleg.* Bodin. L. 5. *de Rep. c.* Spelmannus *in Archæologo* Rupertus *in Beſold.* M. Aurel. Thurius, citante celeberrimo Thoma Barthol. *in epiſt. ad Worm.* Fiet, auditâ ſententiâ, ut utriusq; gloria habeatur, poſſe cum Eſaia c. XIX. v. 10. dicere: Nos filii חכמים, nos filii Regum Anti-

quo-

quorum. Tanto itaq; ardentiùs ad maturandum institutum movebunt, quæ Deus Deut. XXXII. v. 7. commendat: *Memento dierum Antiquorum, cogita generationes singulas, interroga Patrem tuum & annuntiabit tibi, majores tuos & dicent tibi: Quomodo dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum*: quanto magis comperio verum esse illud Brietii L. III. *Germ.* statuentis. *nullam esse Nationē*, quæ tanta Antiquitatis auctoritate viget, quantâ Danica. Interea confitear cum Plinio *in epist. ad Vespas.* me rem arduam aggredi, qui studeo *vetustis novitatem dare, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, fastiditis gratiam, dubiis fidem, omnibus verò naturam & naturæ suæ omnia.* Cum autem habeam SacramScripturam manuducentem, ductum Rationis concludentem, Antiquitatem astipulantem, frequentiam Ecclesiasticorum piè loquentem, Copiam Eruditissimorum attestantium (qui cæteroquin ad aliena tecti solent esse, ut suorum honori magis velificari queant) conabor in hoc genere, omnium malitiosorum incuriosus, τὴν τοῦ παπύρου δεσμὴν,

per quam Veteres Ægyptii ἀρχαιογονίαν pingere
soliti fuerunt, Hor. Apollin. *hierogl.*
30. è probata Auctorum fide resolvere & explicare.

Sit itaq;

CA-

CAPUT I.

Quòd Cimbri nostri, qui Dani sunt, à Gomero descendant.

Quod probatur.

TIT. I.

Ex collatione Gen. X. v. 5. & Gen. XI. v. 8 cum Variorum Sententiis de universali illa gentium dispersione.

Consentiunt inter se Patres, Judæi aliiq;, septuaginta ad minimum extitisse & Principes & lingvas eorum, qui peractâ confusione Babylonicâ, huc & illuc traducti & divisi sunt. August. *de Civ. Dei L. 14. c. 7. Ex tribus hominibus Noæ filii 73. vel potiùs, ut ratio declarat, 72. septuaginta duæ gentes, totidemq; lingvæ per terras esse cœperunt, quæ crescendo & insulas impleverunt. Epiph. adv. hær. l. 1. tit. 1.* πέμπτῃ τοίνυν γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν, πληθυνόντων ἄρτι τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῶν τριῶν υἱῶν τοῦ Νῶε κατὰ διαδοχὴν τῶν παίδων, παῖδες ἐγεγόνασιν ἑβδομήκοντα δύο τὸν ἄριθμον, ἐν κόσμῳ ἀρχηγέται καὶ κεφαλαιῶται. Confer Hieron. in v. 26. *Matt.* & Prosper. *de vocat. gent.* c. 4. Chron. Alexandrinum, quod curante Radero, ita: διεσκέδασε γὰρ αὐτῶν τὰς γλώσσας, καὶ ἀπὸ μιᾶς γλώσσης, εἰς οβ διένειμεν κατὰ τὸν ἄριθμον τῶν τότε ἀνδρῶν εὑρεθέντων, ὅθεν καὶ μέροπες αὐτοὶ κέκληνται. Targum in *Cant. Cant.* בריך שמיה דיי דחביב יתיר משבעין עממיא *benedictum esto nomen Domini, qui dilexit nos magis quàm septuaginta populos.* Confer R. Bechai *in Deut.* fol. 224. Fundamentum comprobatæ calculationis petitur è Gen. 10. unde tot Principes propagationis constru-

unt, quot ibi nomina inveniunt. In Chron. Tze-
mach. David part. 2. sub anno א״ה תתק 996. ומספר הלשונות
היה לפי דברי רז״ל שבעים הנמצאים בפרשת נח שהם יד״
ליפת ל״לחם כו״לשם שהם שבעים *Numeres lingvarum fuit secundùm verba Rabbinorum LXX. secundum numerum sc. populorum, qui inveniuntur in Sect. Noach Gen. c. 10. nempe de Japheto 14. de Cham. 30. de Schemo 26. qui summatim faciunt 70.* R. Bechai in *sect.* נח *fol. 20. Col. 2.*
ואלה תולדות בני נח שם וחם ויפת : הזה עד פרשת
ויהי כל הארץ שפה אחד ודברי אחדים תמצה שבעים איש בכוון
כלן תולדות של נח וכתיב בסוף הפרשה אלה משפחות בני נח
לתולדותם בגויהם ומאלה נפרדו הגוים בארץ אחר המבול :
ומכאן יש ללמוד כי שבעים אומות יש בעולם וכל אומה ואומה
יש לה לשון בפני עצמו שהרי הכתוב הזה בה ולמד שנפרד
אחד אחד איש ללשונו כלומר שקבעו להם כל אחד לשון לעצמו :
ולפיכך תמצא תולדות הפרשה הזאת שבעים כנגד שבעים נפש
שירדו אבותנו למצרים ומזה אמר הכתוב בהנחל עליון גויים
בהפרידו בני אדם וכו׳ id est, *& istæ sunt generationes filiorum Noæ, Sem, Cham & Japhet Gen. 10. v. 1. ab hoc versu usq; ad caput undecimnm. Et fuit universa terra unius labii &c. Invenies 70. Viros omnes de posteritate Noachi. Et in fine C. 10. Scriptum est istæ sunt familiæ filiorum Noæ secundum generationes suas in gentibus suis & ab istis divisæ funt gentes in terra post diluvium, unde discimus quod septuaginta populi sint in mundo & unusquisque populus habeat lingvam peculiarem. Nam Scriptura ista docet, quod unusquisque divisus fuerit secundùm lingvam suam, quasi diceret unumquemq; sibi finxisse & constituisse lingvam peculiarem. Idcirco reperies generationes capitis hujus decimi septuaginta, secundum nempe 70. animas quibus descenderunt Patres nostri in Ægyptum. Hinc dicit Scriptura, quando*

do hæreditates distribuit Deus. Excelsus gentibus, quando divisit filios hominum Deut. XXXII. v. VIII. Agmen claudat Guido Fabricius Bod. qui optimè cum S. Scriptura & Antiquitate *in præfat. N. T. Syr. ad Lect. in opere Reg.* loquitur: *consensio 72. linguarum diversa genera in orbem disseminavit, qui ob eam causam in 72. nationes divisus est per totidem duces ac viros Principes ex filiis & Nepotibus Noachi, qui 72. colonias ex Armenia Saga in varias mundi partes deduxerunt, ut universam terram memoranda clade desertam incolis & habitatoribus denuo replerent. Quanquam non sum nescius de numero Nationum discrepare doctorum virorum sententias. Alii siquidem LXX. alii LXXI. alii LXXIII. alii LXXIV. recensent. Communis tamen opinio cùm inter Hebræos tùm Ecclesiasticos LXXII. Proceres enumerat.* Ex his Eruditi valdè disputant: An omnes Noachidæi adfuerint molimini turris Babylonicæ. Et placet affirmativa sententia. Quamvis enim objiciatur Noachum, Semum & Japhetum Viros piissimos extitisse, eamq; ob causam pœnâ non debuisse affici, quâ turgescentes & timidi reliqui affligerenrur, notandum tamen, non exquirenda esse quæ Deus servata sibi voluit. 2. generalem pœnam non fieri universalem condemnationem, quin potiùs respectum haberi eorum, qui protervè & malitiosè peccant & qui ex ignorantiâ & infirmitate ad devia abripiuntur. Quis ergo condemnabit eos qui incidente turri quassati sunt Luc. XIII. v. 4. Ἢ ἐκεῖνοι οἱ δέκα καὶ ὀκτὼ, ἐφ' οὓς ἔπεσεν ὁ πύργος ἐν τῷ Σιλωὰμ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, δοκεῖτε ὅτι οὗτοι ὀφειλέται ἐγένοντο παρὰ πάντας ἀνθρώπους τοὺς μετοικοῦντας ἐν Ἱερουσαλὴμ. Præterea inveniũtur illi, qui omni-

 mo-

modè Noachum liberare non possunt, quippe qui visus est consensisse huic ædificationi; non ut hæc in superbiæ fastigium erigeretur, sed ut filiorum & nepotum suorum receptaculum esset (confer Gen. XI. v. 4.) si forte diluvio iterum peterentur. Ad quæ piè R. Levi Ben Gerson & R. Abrah. Seba; qui statuunt *Schemum & Noachum etiam fuisse* מבוני המגדל *ex structoribus illius turris, sed ulterius non consensisse, quàm ad licitum & bonum ipsorum propositum. Principium enim cogitationum ipsorum de unitate inter ipsos conservanda fuisse bonum ad gloriam Dei.* Confer Josephum *l.* I. *c.* 5. de ira Dei loquentem adversus immorigeros Noachidæos, quos εἰς πολυανθρωπίαν στέλλειν decreverat. Atq; hæc ita exposuimus, ut alias instillare possemus rationes iis, qui Patroni esse volunt Isaaci Abarbenel *in Leg. fol.* 50. *col.* 1. Tarchumæ *Comment. folio sibi* 6. *col.* 2. Talmudis *tractatu Cholin. c.* 6. *fol.* 89. *col.* 1. Pirke R. Eliezaris *c.* 24. R. Salomonis *ad Gen.* 10. *v.* 8. *referentium omnes Noachidæos extructæ Babylonis turri non interfuisse.* Quod si concederetur, majus dubium de primarum generationum & genere & tempore invalesceret: quod tamen satis è S. Scriptura Gen. X. manifestum est. De Europæ cultura & possessione ita loquitur Spiritus S. Gen. X. v. 2. *Filii Japhet Gomer & Magog & Madai & Javan & Thubal & Mesech & Tiras. Et filii Gomer Ascenetz & Riphat & Thogarma. Et filii Javan, Elisa & Tharsis & Chittim & Dodanim* מאלה נפרדו איי הגוים בארצתם איש ללשנו למשפחתם בגויהם *Ab his divisæ sunt insulæ gentium in terris suis ad linguam suam ad familias suas in gentibus suis.* Confer Gen. XI. v. 8. ויפץ יהוה אתם משם על פני כל הארץ *Et dispersit Deus illos dehinc super faciem omnis terræ.* Unde

de

de concludimus ex verbo אחת populos & Principes, quorum mentio fit Gen. x. & xi. divisos fuisse, idq; non ante confusionem Babylonicam, uti verbum משם indicat, sed postea per totam terrarum universitatem propagatos: quod his verbis exprimitur על פני כל הארץ *super faciem omnis terræ.* Quibus ita cognitis, liquidissimum habetur, non solùm unde primùm ventum sit in Europam, sed etiam quinam primi Europæ Cultores & Principes fuerint. Inter hos fuisse Gomerum, perhibet ipsa S. Scriptura Gen. x. v. 2. quem Patrem Cimbrorum seu Danorum fuisse sequentibus declarare studebimus. Pergimus ad

TIT. II.

De modo adventus seu propagationis Cimbrorum.

Qui genealogias S. Scripturæ evolverit easdémq; seriò consideraverit, toties aliquid singulare & mysticum intendi reperiet, quoties animadverterit Spiritum S. aliquorum mentionem fecisse. Ideoq; cum grano salis solicita illa Spiritus Sancti cura excipienda est, quâ utitur mysticus ille Vates in recensendis Gomeri & Javanis filiis, cæterorum liberorum nominibus planè suppressis. Quod eum in finem factum interpretor, ut innotesceret, DEUM non solùm Gomero & Javani tanquam *Principibus* generationum adornaturum dignitatem præcellentiæ, sed etiam horum propagationes in magnas gentes erecturum, & per has gentes gloriam & Majestatis suæ potentiam cunctis exhibiturum. *Gen. IX. v. 27. Deus dilatet.* Verbum hoc dilatare alii vertunt *allicere:* alii legunt *& Dominus lætificabit*; plures, *& Dominus condecorabit* veluti Mardoch. *in concord. Hebr.* Ionath. *in Chald. paraphr.* ita ישפר יי תחמיה דיפת *Condecorabit Dominus terminos Japheti.* In can-

eandem ſententiam Theod. *in Gen. quæſt.* 58. & è recentioribus Fullerus *Miſcell. l.* 2. *c.* 4. E Chaldæis Onkelos. *Dilatet Deus Japheto & habitet* שכינתו *Majeſtas.* Arabs Erpenianus. *Et habitet* נורה *lux Ejus*, i. e. gloria & Majeſtas. Doctè ex his pro noſtra ſtabilienda ſententia Bochart. *Phaleg.* L. III. c. I. *Et ſanè dilatavit Deus habitacula abundè. Quisquis agnoſcit hæc, præter Europam, quanta quanta eſt ad Japheti portionem pertinere cogitabit Aſiam minorem, Mediam, & Armeniæ partem & Iberiam & Albaniam &* vaſtiſſimas illas regiones ad Boream &c. *Ut de novo orbe taceam, in quem per fretum Anianis migrâſſe Scythas vero non abſimile eſt. Nempe cum Japheti poſteris Deus partem mundi aſſignaverit*, quæ vergit ad Septentriones, *ubi vetus Gothorum Scriptor Jornandes* meritò ſcribit officinas eſſe gentium & veluti vaginas nationum, quia mira in illis eſt hominum fœcunditas. Hôc modô completum eſt expreſſum illud Dei Gen. IX. v. 27. vaticinium, & finem ſuum ſortitum eſt tacitum illud decretum (quod ſatis inferri poteſt factâ mentione liberorum Gomeri & Javanis) de Græcorum Romanorum & Cimbrorum latiſſimis fatis excitanda poteſtate. Nam revolvendo hiſtorias quis tanta enumerabit acta & imperia, quanta Græcorum & Romanorum fuerunt. Et quid præter nomen & *conſenſum in idem* defuit Cimbris noſtris ſeu Danis ad formam Monarchici Regiminis tunc conſtituendam. Quod ſi itaq; heroica noſtrorum Cimmeriorum, Getarum, Wandalorum, Gothorum, Danorum, Longobardorum, Normannorum diverſis expeditio-

ditionibus per totum fere terrarum orbem stupenda arma contulerimus, hæc videbimus Græcorum Romanorumq; memorabilia ad minimùm æquasse, si non superâsse dixerimus. Quod alibi, si occasio dederit, explicabimus, ubi de bellis & expeditionibus Danorum &c. locuti fuerimus. Sed ad nostram sententiam meliùs firmandam summâ acrimoniâ inquirendum est, quomodo possunt conciliari, quæ nobis uidentur adversa, originem Cimbrorum exposituris. Sunt qui Galatas à Gomero derivant. Ergo, *inferat aliquis*, Cimbri nisi mediantibus Galatis à Gomero esse non possunt. Joseph. *lib.* 1. *Antiquit. c.* 6. τοὺς μὲν νῦν ὑφ' Ἑλλήνων γαλάτας καλουμένους, Γομάρεις δὲ λεγομένους, Γομαρὸς ἔκτισε. Hieron. *in Gen.* Galatas à Gomero derivat. Procopius Gazæus Galatas à Gomero. Elias Reusnerus in Βασιλικῶν γενεαλογία *Ascanica gens nobilissima & vetustissima, quemadmodum historiarum monumenta testantur ab Ascenez filio Gomeri nepote Japheti, pronepote Noæ, custode S. ignis id est Religionis & doctrinæ, qui cultum profanorum profugiens & idolomaniam, quæ orientem cum Tyrannica quadam sæuitia invaserat, ex solo natali quod superest Phrygia in Bithygnia versus Cimmericum Bosphorum fugit, sociis Caycis & Cimbris, in Septentrionis plagas migravit & Caycis quidem mediterranea, Cimmeriis verò maritima occupantibus ipse sedem ac domicilium* &c. Naucl. *Vol.* 1. *Geneal.* 11. *Gomer primogenitus Japhet in Europam veniens Gomeritas, qui postea à Græcis Gallatæ nuncupati sunt, instituit.* Bonfrerius *in Gen. Alii Galatas à Gomer, alii Cimmerios in Ponto. alii Cimbros nostros seu Danos esse Gomeritas volunt: forte hi à Gomeritis orti nomen affine*

reti-

retinuerunt. Vetus tamen opinio fuit, Galatas Aſiaticos à Gallis noſtris eſſe, inter quos forte Cimbri haviti ſunt. Hinc inferre poſſunt, ut ſupra, ſi Gomer Galatarum Pater eſt, non poteſt eſſe Cimbrorum niſi mediantibus Galatis. Sed conſequentiam negamus, idq́; propter ſequentes rationes. Gomer primogenitus Japheti uti tradit ex Sacr. Scriptur. Arias Mont. *in Phaleg* facto è Babylonica confuſione receſſu in Phrygiam, quæ tunc temporis fuit ampliſſima & quaſi Mater eorum, qui Europam incolerent: quievit aliquandiu inter Galatiæ & montis Caucaſi partes. Accreſcentibus indies familiis maxima advenarum multitudo præſto fuit, quô nomine alii per tractum, qui deinde a Græcis Galatia dictus eſt, in Italiam & Galliam abierunt, alii per fluvium Tanaim qui hodie Aſſaw vocatur, vel potiùs trans Copam per Tauricam Cherſoneſum & ſic inter Podoliam & Lithuaniam Pruſſiam usq; ad mare Balthicum migrârunt. Quod majori fide habetur, quam illorum ſententia, qui Cimbrorum itinera deducunt à Galatia per Thraciam, Græciam, Italiam, Galliam, Germaniam ad mare Balthicum. Firmatur illud Antiquitate noſtra Runiſtarum, quam defectu Runicarum Danicis literis apponere cogor. Japhet tredium Noæ Søn afflede einum Søn/ huchen heite Gomer, hand indtog Walland. Metan Tygar Gomers Søn foer til einum Landum innar hieyte mindrum Aſia oc neffnde hed Folched huchet hannem fuldum Tygraner, huched Landum fortiden neffndis Phrygia. Hed er ſkeed/ da aff Verldum Aar gangen var attertanhundrede oc halffanden ſtyc Widenden Saruchs Tidum. Sammelunde foer Tygars Søn Gomer Unge offver mieraet tel Europam her tredie Deel aff Werldum oc Dueldum nogum Lunum i Schyters Landum

dum

dum nest hin store Myet / huched er Mers Mother Medum da aff Werldum Aar gangen waar attertanhundret och halfftridium Stye drog Gomer hin unge aff Scythers Landum gennum mangum Landum mod Norden och byade saa i Landum / huched heytter Vitalandum nu Julland och ligger mod Norramierret. Sapit hæc Antiquitas multa, quæ Eusebius, Tzetzes, Procopius aliiq; antiqui Scriptores nobis reliquerunt, unde apud me tanto majoris fidei erit. Ex his patet ratione situs PATRIS Gomeri, quicquid dicitur de Galatarum origine, dici & de Cimbrorum, quatenus in Phrygia apud Patrem degebant, qui deinde dicti sunt Galatæ & Cimbri: non autem ratione dispersionis seu secessus tùm cùm sub diversis Principibus diversi à se fieri inceperant. Quod iis considerandum est, qui diversitatem generationum exquirere volunt, ne, qui remotissima indigitare student, idem agere & semper ad prima reverti videantur. Quocirca Anhaldina monumenta solùm de Gomeritis, qui ad Cimbros pervenerunt, intelliguntur, non autem de prima per illos cultura & inhabitatione. Ad hanc Gomeri immigrationem maturandam & tam procul ab hinc perficiendam in causa fuit non solùm multitudo ingravescens, sed etiam, quod primario mihi erat dicendum, ipsa DEI οἰκονομία, quæ tum demum tanto excellentius cognita est, quanto magis & maturiùs in ultimis sese exeruit, potens faciendi ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προτεταγμένους καιροὺς καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν. Eas itaq; potuit insinuare rationes, quæ peregrinantibus & quasi vagantibus his efficaces potuerunt esse à salubritate aëris Borealium, inculta

 tem-

tempora molliendi, longinquitatem loci & molestiam viarum quietæ vitæ degendæ destinatam non ægrè ferendi, difficultatem itineris & Regionum ignorantiam certissimâ de divina sua directione fiduciâ metiendi. Heic finis, heic labor erat, ut à tyrannide, *quæ orientem cum sævitia*, Elias Reusn. Βασιλ. γενεαλογ. sub Nimbrodo *invaserat*, remotissimus; ipse PATER, PRINCEPS & Monarcha posset agnosci: Appositè de his Postellus *in Comp. Cosm. Gummeros venisse &c. in Septentrionem magis forsan stabiliendæ potentiæ versus Aquilonem, ubi cœlorum virtus maximè pollet &c.* Carion. in Chron. *valdè ergo consentaneum est has gentes primas & vetustissimas sedes in Asia habuisse, indéq; paulatim processisse in Europam, seu quod peregrinationibus delectarentur, inquieti naturâ: seu quòd terras quærerent uberiores & opulentiores, seu quòd à tergo urgerentur à barbaris gentibus multitudine infinitis, naturâ feris, lingvâ diversis, quæ per vetustissimas illas orientis ad boream solitudines assiduè vagantur ac sedes subinde transferunt migrationibus turbulentissimis, sicut ostendit Tartaricæ in Asiam minorem & Europam irruptiones.* Allatam sententiam illustrat Plutarcus *in Mario,* qui recensendo varias de Cimbrorum origine sententias, indicat sub uno eodemq; nomine Celrico vel Gettoschythico tractum à Mari Balthico ad Mæotidem paludem valdè communem & tritum fuisse nostris Cimbris. Verba Plut. hæc sunt: εἰσὶ δὲ οἳ καὶ τὴν Κηλτικὴν διὰ βάθος χώρας καὶ μέγεθος ἀπὸ τῆς ἔξωθεν θαλάσσης, καὶ τῶν ὑπαρκτίων κλιμάτων πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα κατὰ τὴν Μαιῶτιν ἐπιστρέφουσαν, ἅπτεσθαι τῆς Ποντικῆς Σκυθίας λέγουσι· κἀκεῖθεν τὰ γένη μεμῖχθαι. Had. Jun. ita Batav. Lugd. 1488. *Ea*

verò

verò vocis genuina significatio Scriptoribus Cimmericæ lingvæ imperitis hactenus ignorata, quod nemo eam caliginem discusserit, Meridiano sole clariùs elucescet, me duce, si dictionem molliter dissolvas. Quid enim aliud in isto idiomate sonat, Go om her / *disjunctâ rursusq; in compagem clausâ eâdem voce, Gomer, quam in orbē ambio & cursum perficiendo absolvo. hinc dicta est Gomera orbicularis illa disciplinarum series, quam Encyclopædiam Græci, orbem doctrinæ Fabius nominavit, quod sit* ἀπείρων *nulloq; fine ut & annulus circumscribatur. Jure igitur felix istud nominis auspicium soboli Japheti obtigit, quæ in orbem circumiit & uti præ se fert appellatio curriculum oblatum præscriptumq; sorte absolvit ab ortu Solis substratis terris ad usq; Ejus positum terras omnes emensa. Nemo namq; historicæ cognitionis tam est rudis & ignarus quem lateat Gothorum & Wandalorum, (qui Cimmeriorum progenies fuere) armis Hesperiam utramq; occupatam possessamq; fuisse, quæ felice ex illis stirpe ac beata propagine in hoc senescentis sæculi curriculum veluti reddità Pylia juventa pervirescunt.* Hæc ille. sed dubium oritur, utrum hâc vocis explicatione, Gomeri quasi Go om her intelligatur filius Japheti primogenitus, an verò pronepos ejus, quorum uterq; Gomer dicebatur. Posterius affirmatur, idq; eo quod verissimum est lingvam Cimbricam ante confusionem Babylonicam non fuisse adeò distinctam, ut hoc vel illud hâc vel illâ peculiari lingvâ exprimi posset Gen. XI. v. 1. *Et erat terra unius labii.* Non itaq; video qua ratione Gomer primogenitus ille Japheti exponatur quasi Go om her / si non factum sit vaticiniô quôdam singulari (quod tamen heic non approbo licet optimè

Junius explicatur.

C 2

me procedat, quod Patres aliiq; summæ eruditionis respondent quærentibus, quare Peleg. à פלג derivetur) siquidem communissimum habeatur, rem ante eventum & causam nullum nomen sortiri. Varios fuisse Gomeros monumenta testantur. S. Scriptura Gen. x. v. 2. mentionem facit Gomeri filii Japheti, de cujus significatione Matt. Martin. in hanc sententiam. *Gomer dictus est ex eo quod tunc desierit diluvium; Magog, quod eô natô sub tectis vivere inceperint. Madai, quod ejus tempore terras metiri &c.* Hic ergò Gomer dicitur vel à גמר vel à גָּמַר i.e. manipulos collegit, quia apud Galatas Gomerum primum Cereris vel frugis Authorem extitisse comperiunt. Ad Matt. Martini locum de significatione vocis Gomeri optimè quadrat, quòd Gomerus vocetur Gallus: unde Anneus heic congruenter *in commentar. super suppositit. Berosum. è Xenophonte de æquivocis*, (qui docet Gallum Arumæis & Hebræis quasi inundatum exponi) concludit: Ergò *Gomerus Gallus inundatus epitheto Paterno dicitur. l. 5. de Reg. Babyl.* Atq; ita intelligendus est Hieron. Henning. *Theat. Geneal.* 1650. *qui Gomerum in Gallia extitisse asserit.* Non enim magis dicebatur sub ipsis rerum primordiis Gallia, quæ hodie Gallia est, Galatia, quàm vel ipsa Galatia in Asia minori, ubi Gomerum constitisse certissimum est, vel aliæ Europæ partes, t Diodoro Siculo l. 5. τοὺς μὲν ὑπὲρ μασσαλίαν κατοικοῦντας ἐν τῷ μεσογείῳ, καὶ τοὺς περὶ τὰς ἄλπεις ἔτι δὲ τοὺς ἐπὶ τὰ τῶν πυρεναίων ὀρῶν κέλτους ὀνομάζουσι, τοὺς δ' ὑπὸ ταύτης τῆς Κελτικῆς εἰς τὰ πρὸς νότον νεύοντα μέρη, παρά τε τὸν ὠκέανον καὶ τὸ ἑρκύνιον ὄρος καθιδρυμένα καὶ πάντας τοὺς ἑξῆς μέχρι τῆς Σκυθίας γαλά-

De Gomeri significatione.

Quid Gallus significat.

γαλάτας προσαγορεύουσιν. Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πάντα ταῦτα τὰ ἔθνη συλλήβδην μιᾷ προσηγορίᾳ περιλαμβάνουσιν γαλάτας ἅπαντας. Confer Cæſarem l. 1. *de Bell. Gall.* Ex his ſatis compertum habetur ſignificationem Gomeri quaſi **Go om her** congruè ad noſtrum Gomerum poſſe applicari, qui fuit Gomeri nepos per Thogorma noſtra Antiquitate per vocem Tygaris expreſſum. Quæ ὀνομαλογία adhuc apud Danos in uſu eſt, ut idem ſit, quod **Thøger** vel **Tyge**. Vox Tygar. Apud Auctores diverſa ratiocinia circa Thogormitas invenio, quæ ſtudiosè nobis congeſſit Bochart. *in Phaleg.* Euſebius per Thogorma interpretatur Armeniam: Chaldæus Paraphraſtes reddit Germaniam: alii legunt Carmaniam. Scholiaſtes Græcus in Ezech. XXXVIII. ſtatuit per Thogormitas explicari κατὰ μὲν τινας, Ἀρμενίους καὶ Ἴβηρας· κατὰ δὲ ἑτέρους, Καππαδόκας καὶ Γαλάτας. Quæ ſententiarũ diverſitas nihil impedit, ſi vel maximè inferat diverſitatem propagationum Thogormitarum de loco in locum, quo minùs per Tygar Thogorma intelligatur. Quod ex Antiquitate noſtra ita probatur, **Meten Tygar** Gomers **Søn foer til einum Landum innar hiente mindrum** Aſia **och neffnde hed Folcked / huched hannem fuldum /** Tygraner: **huched Landum fortiden neffndis** Phrygia. Cùm hiſtoriis, quæ perhibent Gomerum in Phrygia cum filiis quieviſſe, optimè conuenit hæc noſtra Antiquitas. Nam, hoc datô, Gomero non plures filios fuiſſe, quàm Aſcenetz, Riphat & Thogorma, nullũ inter hos nomẽ invenio quod propiùs ad Tygaris accedit, quàm Thogormæ, cujus filius Gomer, nobis & Gomer erat dictus, à cujus nomine procul dubio illi ſunt, qui Danis ſeu Cimbris vocabantur **Gorm.** Confer Ezech. XXXIX. v. 6. ubi à ſitu, qui

qui verè Danis seu Cimbris competit, Thogorma sic describitur: *Gomer & universa agmina ejus, domus Thogorma latera Aquilonis & totum robur ejus populiq; multi tecum:* & Ezech. XXXII. v. 14. ubi & à Regnorum natura, quæ Borealibus nostris æquè competit, (quamvis non nescius sim hoc Ezech. ad alios transferri) adumbratur: *De domo Thogorma equos & equites & mulos ad forum tuum.* Quibus ita excussis, ad modum itineris transeundum censeo: utrū scilicet mari, an verò terrâ cursum suum confecerint? Et placet utrumq;, nam fieri non poterat, quin mari se committerent, ubi diutiùs terram consequi non licebat. Alst. *Encycl. Sect. 7. reg. 2. p.* 1929. *infert: Goropium tribuisse Cimbris seu Teutonibus inventionem Pyxidis, quia nempe 32. ventorum nomina pyxidi inscripta ab omnibus Naucleris Gallis, Hispanis, Britannis Teutonica lingva pronuntietur, solis exceptis Italis, qui suâ lingvâ vernaculâ describunt.* Sed usus pyxidis tàm antiqvus non est.

An navibus Gomeritæ nostri usi sint.

Naves verò in usu fuisse, ipsa sacra Scriptura testatur Gen. 10. his verbis, *ab his divisæ sunt insulæ*, (alii legunt Regiones) Ipsa nostra Antiquitas ita. Samelunde foer Tygars Søn Gomer unge offver Mierret til Europam. Joseph. l. 1. Antiq. c. 6. εἰσὶ δὲ οἱ καὶ προσαάμενοι ναυσὶ τὰς νήσους καλῴκησαν, August. l. 14. c. 7. de Civ. Dei, *multiplicato genere humano, ad insulas inhabitandas navigio transire potuisse homines, quis ambigit?* Et quid de navibus dubitandum est, cùm primam imitationem fabricandi eas ab arca Noæ habere potuerint. Norunt Poetæ obscurata quadam traditione diluvium describere sub Deucalione ac arcā vel cum Luciano in Timone, κιβώτιον vel cum Tejo λάρνακα vocare. Confer

Lucia-

Lucianum in Timone, Ovid. l 1. Metam. Plutarc. de industria animal. Archilocum l. 1. de tempor. Lactant. de ira Dei c. 23. Alexandrum Polyhist. Pausaniam & Abydenum apud Cyrillum l. 1. contra Julia: Heic addenda est mythologia eorum, qui Japhetum Neptunum faciunt. Lactant. de falsa religione l. 1. c. 11. *Neptuno, inquit, maritima omnia cum insulis obvenerunt. Quomodo id probari potest? nimirum veteres historiæ docent. Antiqvus Auctor Euthemerus, qui fuit ex civitate Messana, res gestas Jovis & cæterorum, qui Dii putantur, collegit, historiamq; contexuit ex titulis & inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur. Hanc historiam interpretatus est Ennius, cujus hæc verba sunt: Jupiter Neptuno imperium dat maris ut insulis omnibus, & quæ sunt secundum mare, loca, regnaret, Japhet*, inquit Bochart. *in Phaleg: idem, qui Neptunus, quem ideo mari præfecerunt, quod portio, quæ Japheto obtigit, magna sua parte constat in insulis & peninsulis. In insulis sunt Britannia, Hibernia, Thule, Creta, Sicilia, Sardinia* &c. *in peninsulis sunt Hispania, Italia, Græcia, Asia minor, Taurica Chersonesus & Cimbrica, Scandia, Armorica &c.* Multa sub jurisdictione Danorum invenio quæ ad Phœnicum traditiones & Græcorum allusiones relata apprimè illorum nominibus conveniunt. Quæ itaq; heic apponere volo, horum censuram remitto cuivis liberam. Plin. l. 4. c. 16. *Mare concretum, à nonnullis mare Cronium, est à Thule unius diei navigatione c. 6. 12. existimat Cronium esse dictum à frigoris immanitate, quia ibi præest* Κρόνος *id est Saturnus.* Super hoc Plinii Delacampus. *Ego v inquit, à Grönlandia provinciarum ultima in eo tractu voce illis nationibus usitata,*

sed

ſed à Grœcis depravatâ, appellatum. Veriſimilius videtur, Gronlandiam à Saturno, quàm Saturnum à Gronlandia, poſſe nominari. Oceanus, qui a Norvegia ad Iſlandiam ducit, Deucaledonicus vocatur. Vide Archiva Scotiæ ſub Jacobo tertio Rege Scotiæ, cui deſponſata erat Margareta, filia Chriſtierni I. Regis Daniæ. Cambd. in inſul. Britann. p. 849. Plinius l. 4. c. 13. penes Gleſſarium eſſe Cleſſarias vel Glaſſarias. Recentiores Græci vocant Electridas ab Succino l. 4. c. 16. Confer l. 3. c. 26. Credo autem has Gleſſarias vel Electridas potiùs ab Electra dici, quæ in campis elyſiis queſcebat. Ad quod pertinet illud Natal. Comit. *in mythol. l. 3, c. 10. Atq; cum fortunatæ inſulæ, campiq; Elyſii in ea parte Britanniæ de communi omnium præſtantiorum Scriptorum ſententia, quæ eſt inter occidentem Britanniam & Thulen ad ortum Solis, dicerentur: piſcatores quidam fuiſſe in littore maris Oceani narrantur, juxta hanc Britannicam inſulam, qui ab aliis rebus & tributis eſſent immunes, quia defunctorum animas ad ſe euntes eò trajicerent, ut ajunt. Hi homines per noctem domi ſuæ dormientes, voces audiebant quibus vocarentur & ſtrepitum ſentiebant circa fores: ſurgentes autem lembos quosdam non ſuos viatoribus plenos inveniebant, quos ingreſſi, citiſſimè in Britanniam remigrantes perveniebant, quò vix per totam noctem aptiſſimis uſi ventis in ſuis naviculis navigantes poſſent pervenire. Eò igitur adeuntes educebant quos ferrent viatores neſcientes, neminemq; videntes, voces illos excipientium audiebant, qui ſingulos nomine & tributum, & ex affinitate arceq; appellabant, illosq; pariter reſpondentes exaudiebant. Deinde ex eo loco citiſſimè domum redeuntes, lembos leviores factos ſentiebant, quàm illos ferebant*

bant. Huic rei addiderunt Scriptores C. Julium Cæsarem, cui multa felicissimè successerunt, in has insulas cum triremi, in qua centum erant milites, appulisse: atq; loci amœnitate ceptum habitare decrevisse : sed invitum ab iis qui erant in insula fuisse depulsum. Confer Lucianum *l. 2. var. histor.* Homerum *l. 4. Odyss.* Hæc Natalis relatio non procul à vulgari apud nos fama recedit, quæ perhibet, illos qui aquis suffocati sunt, solere amicis suis noctu ad lectum adstare, plangentes, vel ubi obviam fuerint facti quibusdam, non priùs clamorem & ululatum remittere solitos, quàm à tergis quorundam ad cœmiterium fuerint delati.

Tit. III.

De congruentia nominis Gomeri & pratorum in Dania pro assertione nostra contra Schrikium.

Diximus Gomerum in Cimbricam Chersonesum venisse. Idem corroboratur conformitate pratorum quorundam prope Syllisburgum, quæ Wormio in Antiquit. Goth. c. 10. dicuntur Gomorrhæa. Lyschander Geneal. p. 24. statuit in Selandia Danorum, Gomersted esse inter Biergherret & Skegherret. Hæc supersunt inter reliqua, quæ vel aliorum appellationibus obliterata sunt vel excisa rerum vetustate perierunt: nam sine dubio multa nomina id genus alia extiterunt apud hanc gentem, quæ nullo modo ferre potuit, quin Gomorrhiticum nomen in memoriam beneficii & gratandæ originis, immortale permaneret : ad quod Joseph. l. 11. Antiquit. c. 6. ἦσαν δὲ τȣ̃ Νώχȣ παίδων υἱοὶ, ὧν δὲ τιμῇ τοῖς ἔθνεσι τὰ ὀνόματα ἐπέθεσαν οἱ τὴν γλῶτταν καταλαμβάνοντες. Benè Suffridus *de orig. Fris. l. 1. c. 7. Cimber originis est Hebrææ, cùm derivetur ex Gomer modi-*

ca literarum deflexione, Comer & ex eo Cumer & inde Cumber, hinc Cimber, & utcunq; profertur nomen est proprium nec aliud quicquam significat, quàm posteritatem ex Gomero descendentem. Hæc igitur si quis appellativa faciat, aut aliud significare doceat, is vim vocibus his faciat, nam si primitivi nominis peculiariter energiam ex impositione majorum sibi vel ad posterorum recordationem, vel ad futurorum præceptionem habent annexam, ea ipsa illi adeò propria est, ut ne derivativis suis Cimbris, nedum personis Exteris conveniat. Fallunt eapropter, qui Cimbricum nomen simplicitur appellativum *esse dicunt, quâ mente* est Adr. Schrich. *Rod. monit.* 2. *l.* 5. 1. 62. qui in dubium vocat varios qui à Gomer Cimmerios derivant, *quod dicit fieri, non tàm à nomine, quàm quòd omnes advenæ sic dicerentur. Rationem præterea subjungit, nec, inquit, populos ullos à Principibus nominatos verè invenio, ut nec Regiones, sed ipsi à populis, à dignitatibus, à locis, à Regionibus dicebantur.* Non negamus Principes à populo & dignitate interdum dici, sed hoc fit & *à posteriori*; secus a. se habuit sub primo rerum exordio, ubi à Principibus populus plerũq; est vocatus propter diversas rationes. Sic maximũ terrarum orbẽ circumsonare habemus] ab Eber Ebræos, à Juda Judæos, à Siculo Siculos, à Dano Danos fuisse appellatos. Et nos qui sub vexillo Christi stipendium facimus, à Christo Christiani dicimur, Just. Martyr. Apol. 2. pro Christianis. Gregor. Nazianz. orat. 31. *Cur quæso Christiani nomen venerabile, an non quia Christus Deus?* Præter hæc considerandum relinquimus Schrichio; Cimmerios alia nomina nisi Principis habere à Regnis & Regionibus non potuisse, quippe quòd Regna & Regiones tunc temporis quasi indi-

Schrich. ref.

stinctæ

ſtinctæ terræ fuerint & Cimbris eas primum excolere incipientibus, rudes. Quod ſpectat, Cimbrorum nomen generale advenis fuiſſe, nihil infert: magis n. inſtituto inſervit quàm contrariatur, dum̃modo, qui ſub Cimbris conſortii jura inire volebant, ſub eodem nomine vivere coacti ſint. Sic Neuſtri ſub Normanis noſtris, Latini ſub Romanis nomina ſua ejurarunt, quæ ejuratio ſolet eſſe ſignum obœdientiæ ſeu homagii, quo ſuperioribus tenemur.

Tit. IV.

De lingvarum Hebraicæ & Danicæ conformitate.

Tertium argumentum, quod confirmabit Cimbros ſeu Danos à Gomero deſcendiſſe, ſumetur ab Hebræorum & Danorum lingvarum convenientia. Et verè. Hanc enim viam ingrediuntur Antiquiſſimi Græcorum aliorumq; Scriptores, cognituri, quamnam nationem hæc vel illa gens referebat. Sic Plutarc. *in Mario* judicat Cimbros Germanicam eſſe gentem, quia non diſſimiles lingvâ moribusq; habebantur. Strabo Gallos & Germanos ſub una natione comprehendit, quippe viſi erant unâ eademq; lingvâ ſibi invicem fuiſſe aſſociati. Valida itaq; eſt noſtra ratiocinatio ab affinitate utriusq; lingvæ petita, quam quo remotius & citius ſejuncti erant, hoc magis integram & indoli ſuæ intactam obtinere poterant. Illud autem præmonendum cenſeo lingvam Antiquiſſimorum Danorum olim longe propius ad Hebraicam acceſſiſſe, quàm his temporibus. Fuit enim hæc, ut cætera mortalium, viciſſitudini ſubjecta: aliamq; naturæ ſpeciem induere coacta idq; diverſis expeditionibus, bellis, commerciis, imò & ipſa ſede, quæ ab Hebræorum diſtabat longiſſimè. Nec ſanè video rationem, quare hanc ſententiam de-

De ubertate lingvæ Danicæ.

trectarem, imprimis ubi gravitatem, brevitatem & in brevitate copiam Danorum cum Hebræorum contulero. De ubertate & contracta vocabulorum nervositate consulere licet Bec. *Hermath.* l.2. Cujus sententiæ quàm proximus habetur Isaac. Pontan. *in Chorogr. Dan. descript. Quis est*, inquit, *qui lexicanobis felicissimarum lingvarum, Hebrææ, Græcæ, Latinæ aut alius divitis idiomatis contexuit, qui hanc, ut sic dicam, Idiothesiam expressit vel assecutus est, ut Camesium sive indumentum, quod viro tantùm convenit ab eo quod fœminarum tantùm est proprium discernens: unicô id vocabulò, hôc* Serck/ *illud* Skiorte/ *discriminatim dicendo extulerit, & hoc indicium est eam esse idiomatis Danici rationem atq; ubertatem, quâ haud cedat nationibus aut lingvis aliis, imò & superet in pluribus.* Huc pertinet quod Wormius, Patriæ suæ lumen, *de liter. Run.c.*27. adfert: *Quod concernit lingvam* (sc. Gothorum seu Cimbrorum) *eam latè admodum se diffudisse testantur Auctores omnes probatæ fidei. Refert Toletanus Theuthoniam, Daniam, Norwegiam, Sveciam, Flandriam & Angliam unicam habere lingvam, licèt idiomatibus dignoscantur.* Grot. *de Got. proœm: p.*22. *sicut ex Scythia per Sarmatiam in Scanziam ventum diximus, è qua Scanzia deinde Germani cæteri ortum habuêre. nam Germanos omnes ejusdem ab antiquo esse originis eadem inter se & cum Scanziæ populis lingva, quantumvis temporibus ac locis nonnihil variata, demonstrat. Hanc vetustissimam lingvæ communionem inter Scanziæ cæteræq; Germaniæ populos observavit jampridem Rod. Tolet. præbentq; ei testimonium propria ac communia nomina, quæ in legibus historiisq; rerum Gothicarum & Wandalicarum & Longobardicarum reperiuntur, ut facile ei*

Quàm latè se propagaverit Danorum ac Cimbrorũ lingva.

ap-

apparebit qui indices eorum, quos nos fecimus, legerit. Pleniùs vela sua expandit vir Patriæ suæ studiosissimus Lyscander *Antiquit. Dan. serm.* 4. *Ac de Cimbrorum idiomate, qui Balthicum nunc incolunt Oceanum, plurimos audivi Danorum disputare, Germanicanè ea sit propemodum, an verò ex Germanicâ composita: & placuit compluribus Germanicam non esse omnino origine, sed ex Teuthonica & veteri mixtam, jamq; processu temporis plus ex Germanica novi accipere: veterem autem, inquiunt, fuisse Hebræi sermonis aliquam dialectum, quod uti non dubiis videtur inniti rationibus, placuit hoc ipsum observare. Primum quidem istam opinionem antiquissima vetustissimorum Ducum & Regum nomina confirmare sanè possunt, quæ omnia Hebraica sunt, nil quicquam cum Teuthonum lingva commercii habentia, qualia sunt Dan, Humble, Lotherus, Gormo &c. Hebræis usitatissima. Aliud tamen majus firmiusq; adjiciunt lingvam Gothorum Germanicam videri, sed in omnibus nequaquam communicare. At si quando sermo Gothicus Cimmericusq; à generali Teuthonum idiomate manifestè dissentire videtur, tum vocem ipsam extemplo fieri Hebraicam, Hebræamve illico sapere antiquitatem. Quod in pluribus probatum & nos exemplo idem didicimus. Puerum aut filium Teuthones* Kind *dicere solent, id quod Cimbris barbarum fieret, qui pro eo* Barn *retinuerunt & pro diversis dialectorum generibus idem aliter atq; aliter effertur. Cimbrorum in Chersoneso quidam* Ban / *quidam* Bar / *Scani* Bell *Balthi quorum ferè communis oratio est,* Barn *communiter vocârunt, quod manifestum est ab Hebræis Chaldæisq;* בר & בן *derivari: Addo rationem me nescire, unde* Kind *derivaretur, nisi ex Danico* Kion / *id est, genus, quod verbum quando Germani pro-*

nuntiant literas iø *absorbent palato & eas quasi* ŋ *pronuntiant, hinc* i *pro* ŋ *usitato* Kind *dixerunt.* Brerewood è collegio *Gresham* quod Londini Anglorum est, in his enqvires touching the diversity of langvages & Religions p. 212. Of the Danish langvages are tree differences, of the Border or marcher, which is called Denmarck. 2. of de Southdanes, which is Sweden. 3. of the Norddanes, which is Norway. De his multa proferre supervacaneum duco, uti neq; de lingvæ Anglicanæ cum Danorum conformitate; cum tempore Canuti Regis Danorum Anglia lingvam Danorum quasi succum attraxisset. Joh. Sped. *in Dev. descript. Ad. Ex more visuntur quædam antiqui operis vestigia, videlicet saxa, alia in triangulum, alia in orbem erecta & ordine disposita Trophæa certè victoriarum, quas Dani & Saxones obtinuerunt. Ac Danicis quidem literis unum eorum inscribitur ad dirigendum eos, qui illac iter haberent.* Bedam l. 1. c. 15. citat Cambdenus *in Brit. p.* 131. The Angles came out of that country, which is called Angulus and is reported from that time to lie Wast berweene the provincies of the Saxons & Jutes. Henr. Spelm. *in Archæol Nollem hoc non annotare, tum ut majores nostros fortissimo Gothorum sangvine ortos intelligant* &c. Cambd. *in Brit. sua*: I would have the learned Scots to consider seriously wheter they were of the most ancient Britans inhabitants of Ireland &c. & called Schytæ or Scoti be-

because they ſuted ſo wel with Scythians in manuſcr: or Scythians indeed, ſuch as came out of Scythia or Scandia. Citatur à Vormio *de liter. Run.* c. 10. Seigneur des Accords in libello ſuo Gallico *Les Bigarriers* c. 1. qui ita habet: *Car il eſt certain, que les Italiens d' aujourdhuy ſont race de Goths & barbares & leur langage n' eſt autre choſe, que la corruption Latino-Gotiſque du langage Romain.* Et probat hoc doctiſſimus Wormius ex hoc Auctore & collatione Runicarum literarum & Hetruſcarum, Hetruſcas eſſe Runicas, idq; aſſerit verbis Trithemii polygr. l. 6. & Raphaelis Volaterrani, qui volunt noſtros ſatus Runicas literas diſſeminaſſe. De uſitata etiam hodierna Danorum lingva ſive Gothorum veterum apud Tauricam Cherſoneſum acturus ero Libri hujus C. II. Tit. 1. ſumptâ occaſione à Ruperto in ſynopſin Beſoldi, quò curioſum & benevolum Lectorem amandamus. Phrygum & Cimmeriorum, Confer hujus libri C. III. *Tit.* 1. & *Tit.* 3. ſermo idem eſt, teſte Becano *in Hiſp. p.* 10. Idem Becan. de his equidem bene *Franc. p.* 6. *Examinemus, quî hæc inter ſe conſentiant & quò id faciliùs fiat, ex Amazonicis & Gotodanicis ea repetantur, quibus (verba ſunt Authoris) docui hôc eôdem locô gentem habitaſſe Cimmericam diverſis nominibus pro diverſis vel inſtitutis vel ſcopis vel ſymbolis nuncupatam.* Qui ulteriora de lingvæ Danicæ ſeu Cimbricæ amplitudine deſiderat documenta, adeat Lib. III. quem *de Majeſtate Reali*, ſi detur occaſio, adornabimus, ubi Lector inter alia tot & tantas Danorum diverſis in locis expeditiones aſpiciens, non mirabitur lingvam eorum usq; adeò propagatam

gatam & excultam fuisse, cum ipsimet longè lateq; sedem quærentes sermonis sui cognitionem vel excoluerint vel more Normannorum nostrorum varios tractus aggrediendo & inhabitando impresserint. Testis est præter Strabonem, Plutarchum, Livium, Vellejum, Paterculum, Luithprandum, Aventinum, Wilhelmum, Gemeticensem, Joannem à Leyd. Marianum, Petrum Bizarum, Christianum Adricomium, Dudonem &c. Cæsar, qui l. 7. *de bello Gallico* his verbis: *Quid ergo mei consilii est facere? quod nostri majores nequaquam pari bello Cimbrorum Teuthonumq; fecerunt; qui in oppida compulsi ac simili inopia subacti eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerarunt, neq; se hostibus transdiderunt, quid huic bello simile fuit? depopulatâ Galliâ magnaq; illatâ calamitate, Cimbri finibus nostris aliquando excesserunt atq; alias terras petierunt, jura, leges, agros, libertatem nobis reliquerunt.* Multa in pauca confert Hieronymus *in epist. ad Heliod. de morte Nepot.* Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Thessaloniam, Achajam, Epirum, Dalmatiam, cunctasq; Pannonias Gothus vastat, trahit & vertit. Utcunq; autem ipsos homines ipsorum lingva secuta sit, obliterata tamen nonnunquam fuit, ita ut Galli, quamvis antea Cimbri & Gothi diversis temporibus in Gallia extiterint, ne quidem ullum verbum intelligere potuerint tum, cùm à Normannis petebantur. Unde Trithemius: *Normanni, qui cum Dacis Asiaticis de insulis Scandinaviis, quæ nunc Gothicæ nuncupantur quondam egressi, Galliam annis plusquadraginta pervagantes gravissime vastârunt. Ejus (credo legendum eorum) Alphabethi ministerio quidquid inter se voluerunt habere occultū, tantum*

tum

tùm secretâ traditione scribebant. Dicendum heic mihi foret de Antiquitate hujus lingvæ, sed cùm ea partim è superioribus, partim ex ipsa S. Scriptura innotescat, quæ perhibet Gen. X. v. 5. *Ab his divisas esse insulas gentium in terris suis ad lingvam suam, ad familias suas, in gentibus suis*: id hìc satis esse arbitror. Vide Olaũ Magnum. Selneccerus *in Gen.* c. IX. *Ethnici*, inquit hic, *disputârunt, quæ ex omnibus lingvis prima fuerit. Ægyptii laudem & originis & lingvæ primæ sibi vindicârunt: Cimbri sive Cimmerii & Scythæ idem fecerunt, Phryges etiam primi esse voluerunt.* Becanus, cujus Asseclæ sunt Torrentius, Werſthegam of the Englisch progreſſion, Tempor. *in Chron.* cujusq; industriam admirari licet in plurimis, qui lingvã Cimmeriorum seu Cimbrorum eâdem antiquitate cum Hebraica gavisam fuisse illustrat: quod intelligendum est, quatenus maximam affinitatem cum Hebraica lingva obtinuerit *implicitè*, non *expressè*, siquidem terra unius labii erat: Gen. XI. v. 1. Hinc optimè Adr. Schrich. *præfat. in monita sua* Danicam lingvam inter Japheticas ponit. Et ut hujusmodi lingvarum similitudo magis exponi queat, Hebraicæ & Danicæ lingvarum relationem non solùm quoad literarum radicalium, sed etiam ejusdem earum sensus harmoniam sequentibus demonstrabo. Mutus, *Danicè* dicitur dum / *ab Heb.* דום id est, *siluit*: Saccus, *Dan.* Seck vel Sach / *Heb.* שַׂק *Saccus.* Area *Dan.* Goren vel Gaaren / *Heb.* גֹּרֶן *area.* Carnifex, *Dan.* Bydđel / ab *Heb.* בדל *separare* sc. caput à corpore vel gladiô ut in Dania, vel securi ut in Anglia. Meretrix, *Dan.* Hore ab *Heb.* הוֹרָה *genitrix*, quæ inordinato in libidinis & concubitus appetitu in contem-

temptum venit, ab הרה *concepit* sc. contra leges. Vexillum, *Dan.* Fane ab *Heb.* פנה *aspexit*, quia vexillum est signum illud militare ad quod milites tanquam ad Deum Tutelarem oculos & mentem vertere solent. Pera, *Dan.* Taske à משׁ i.e. *asservavit*, quia in eum finem facta est, ut reservet quod servatum volumus. Axilla, *Dan.* Achsel / *Heb.* אַצִּיל *Axilla*. Thesaurus, *Dan.* Skat à שַׁת *posuit*, quia cor nostrum est, ubi thesaurum posuimus. Nemus, *Dan.* Lund ab *Heb.* לון *pernoctare*, solebant enim Majores nostri sub opaca nemoris umbra quiescere. Hæsitare, *Dan.* Stamme ab *Heb.* סתם *occlusit*, quia vox præclusa est. Metallum, *Dan.* Ertz ab *Heb.* ארץ *terra*. Hinc verbum illud Danorum Antiqvum at Erie i. e. *arare*. Judst: Lawb. L. III. c. 18. & c. 15. citat. **At huilcken Herremand der har mindre end fuld Plous Erie / da maa hand feste sig saa meget Jord til hand fanger fuld Plous Erie / oc dog ey giøre Let hing off den Jord / der hand feste.** Jagilde *Sponsalitium* à *rad.* גול in *Hiphil* יגיל *exsultavit*. **En Hebbenyne** convenit Heb. גְבְנֻנִים *humiles* à גִבֵּן *gibberosus* & dicitur Danis **Habbenyne** ille, qui capite proëminet. **Det er muget** à מוג *dissolutus*, *liquefactus*, quasi illud, quod propria solutâ naturâ, attraxit. **Hand er mut** / quasi מוט i.e. motus sc. ab hilari mente vel amica facie. **Mund** *Os* à מין *similitudo*, quia per illud membrum exprimitur utplurimum similitudo & Natura Parentum vel Amicorum conversatio. Hæc sunt inter quamplurima id genus alia, quæ supersunt vocabula: eô animô à me allata, ut rerum veritatem pariter atq; in semet ostendere voluerim. Quæ ut ad oculos demonstrare queat, præsentis materiæ sanctitati & REGIÆ MAJESTA-

STATI ardentissimis votis assurrecturus hoc qualecunq; fuerit carminis Syntagma in debitum Regiæ FRIDERICI nostri hæreditariæ familiæ applausum adornabo. Tantum aberit, ut benevolus Lector existimet, me his statuere velle ad exemplum Becani, Cimbrorum Lingvam Hebræorum antiquiorem extitisse, multo minùs illam cum Hebraica eundem idiothismum constituere, nihilo tamen minus maximam affinitatem introducere: prorsus ut ex allegatis allegandisq; mirum sit, quomodo tamdiu hujus affinitatis integritas conservari potuerit non usquequaq; magis corrupta. Quid enim magis diceres, allata vocabula planè Hebraica esse, ubi illorum easdem radicales, eosdem sensus, easdē derivationes & analogias observares; nec procul ab Hebræa diffitendum esset, si consequentes allusiones, metaphoras, variaq; tropologica animadverteres; discedere: maximè ubi licentiam figurarum vel Apocopis vel Paragogis aliarumq; ipsis Hebræis usitatissimam applicare contingeret. Hinc & admirareris revocatam illam Antiquissimis DANIS familiarem Scansionem, quæ facilimè è subjuncto rerum ordine & VOTO ex vocabulis Hebræo-Danicis contexto clarescit, quod ejusmodi feci

pro

REGE.
REGINA.
REGIIS LIBERIS.
REGNOQUE DANIÆ.

קום פרידרך דנמן קום גו קום חק קום קורת
קום כונע ברי דנא ראה קום מנשין רוצת:
ערלני רמה כונע נוד כונע ברן דנא הדר
כונינום רמה אמה גיל סופיה כונע כני:
אי פנה כן מן דנא הוד אי דנא פרידרך מגן
אי כונע כנינום פנה כן אמאליה כוני מגן:
שת יהוה כונע בנה שיהוה רדה כונע סגר
שד אלדרך דניא זיר יהוה דנא שוני:

Hæc, quæ Hebraicè apposita sunt, Danicè ita expediuntur.

Kom FRIDERICK Danneman/ kom Gev (Geff) kom Keck/ kom Koret/
Kom Konning Bri (Fri) Danne Roe/ kom Menniſken roſet.
Karlene rymma (beromme) Koninge naad (naade) Konning Barn (Børn) Danne heder/
Konenum rymma (berøm̃e) Amma gil/ SOPHIA Konning Kone/
Ei finne (finde) kan (kand) man (Mand) danne hod (hoed) ei Danne Friderech magen/
Ei Konning Konenum finne (finde) kan (kand) Amaliæ Kone magen.
Set JEHOVA Konning Bane/ ſkee! JEHOVA raade Konning Sager/
Schad alderich (aldrig) Daniæ ziir/ JEHOVA Danne Sone!

Ἀνά-

Κύλυσις ſingulorum Verborum.

קוּם *Heb.* à rad. קוּם *Surrexit*, *aſſurrexit*. Verbum quieſcens Ajin Vav. Olim apud Danos in uſu magis fuit U quàm O, hinc ו & וּ ratione pronuntiationis æquivalere exiſtimamus. Proprietas vocis Danicæ τὸ komme eſt venire, deinde ex adjunctis aliter atq; aliter explicatur, unde apud Interpretes ſurgere & venire confunduntur. Sic Prov. XXXI v.28. *Surrexerunt filii eius & beatificârunt eam, maritus ejus & laudavit eam.* Verſio Danica ex edit. A. Ch. 1607. ita legit. Hendis Sønner komme op oc priſe hende lyckſalig / hendis Hosbonde oc hand roſede hende. Confer loca, quæ applicari poſſunt è collatione Neh. IX. v. 3. 1. Sam. XXIV. v. 21. Gen. XXXVII. v. 35. Pſalm. XXXV. v. 2. Lev. XXVII. v. 17. Neh. IX. v. 5. Quadrat illud optimè & heic, quod Marcus Marinus in תֵּבַל נֹחַ de קוּם adfert. *Imperativus* קוּם inquit, *habet vim exercitativam*.

פְּרִידֵרֵךְ. Eam naturam habent Nomina propria, ut apud varias Nationes uno eodemq; ferè tenore exprimantur. Ideoq; apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, Latinos, Anglos, Hiſpanos, Gothos, Germanos, Polonos &c. τὸ FREDEREC mutatâ tamen terminatione cuivis Nationi familiariſſima, eandē pronuntiationem & literarum collectionem obtinet. Radix hujus vocis eſt Danica vel potius Germanica, quaſi Frieden reich & ſignificat Danicè Rig paa Fred vel Frid / *dives pace*. Sic Fritha magis legebant Veteres, quàm Fretha vel Fredag. Ego exiſtimo Danos olim pro FREDEREK dixiſſe Frothonem. Utrumq; à פָּרָה i. e. fructuoſus fuit, derivatur. Fructus Dan. Frue vel ſecundum hodierni ſeculi dialectum Frucht. Sic itaq; & FRIDEREK à פָּרָה *fructuoſus fuit, fructuoſum reddidit* & דֶּרֶךְ *via*, ut ſignificet illum, *qui in viis & inſtitutis ſuis fructuoſ[illegible]*, vel, *qui vias & opera ſua fœcunda reddidit*. Sic deducit Mercerus è Mas. verbum דרך ut notet, *ſtudia*, *opera*, *in quibus quis verſatur*, *inſtitutum*, *cultum*, *religionem*, *doctrinam*. Fructus itaq; omnis Viæ Sereniſſimi noſtri DOMINI FRIDERICI III. IMPERATORIS FELICISSIMI, DOMINO PROVIDENTE, ſuprema illa Romanorum Lex eſt & fuit ſemper — Significat. nominis Seren REGIS FRIDERICI III.

SALUS POPULI ET MAJESTAS DULCISSIMÆ PATRIÆ FRUCTUOSA.

Confer loca quæ applicari poſſunt Gen. XVII. v. 6. Pſalm. CXXVIII. 3. Gen. XLI. v. 52. Pſalm. I. v. 3. Hoſ. XIV. v. 9. Quod reſtat de lectionis convenientia facillimè ſe dabit, obſervatâ literarum פ Hebræorum & F Danorum ἐυμεταβολίᾳ, hôc additô, Scheva velociſſimo curſu ægerrimè pronuntiari: ut in שְׁתַּיִם & בְּרֵאשִׁית paſſim annotatur.

דַּנְמַן *Danicè* Danneman vel Dannemand cum litera D. quæ, quamvis

vis ſcribatur, vix tamen ſonum edit. Quod concernit derivationem, optimè à דון vel דן & מן componitur, quorum hoc à מנה *numeravit*, in Pihel מנה *paravit, conſtituit, præfecit.* Chaldæis Præt. מני conſtituit, Dan II. v. 14. Dan. *III* v. 11. Hæc apprimè conveniunt officio Viri, cujus eſt eſſe domo præfectum, & Dominum eſſe conſtitutum Fœminæ ſuæ, liberorum, ſervorum, rerumq; omnium, idq; ſumma reſpectivè poteſtate, quia præſumitur ratione prævalere Ariſt. l. 1. *Polit.* Verbum דן eſt à דון. Inde Chaldæi Eſr. *VII* 25. דינין *Cauſidici, cauſarum Cognitores.* Convenienter hæc inſtituto noſtro. Olim enim ſub ipſis rerum noſtrarum incunabulis fuerunt nobis ii, qui Dannere vel Dommere i.e. Judices dicebantur, qui, quæ enormia erant, temperarent & redigerent. Hoc epitheton viſum eſt mihi inter alia Sereniſſimis DANORUM REGIBUS heic adjungendum, qui Comitiis ſuis præſentes juſtitiam (alteram officii partem) adminiſtrando ſolemniter exequuntur, ut verè demonſtratum velint *Imperatoriam Majeſtatem non ſolùm armis decoratam ſed etiam legibus oportere eſſe armatam, ut utrumq; tempus & bellorum & pacis rectè poſſit gubernari & PRINCEPS (DANORUM) non ſolùm in hoſtilibus prælius Victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat, & fiat tam juris religioſiſſimus, quàm, victis hoſtibus, Triumphator magnificus. Juſt. D. L. I. de leg.* Tranſiit de cætero hoc nomen in aliam ſignificationem, ut ingenuum & bonum virum ſignificet hand er en erlig Dannemand / quod reſpondet huic Gallorum idiotiſmo, quo etiam Reges illorum utuntur hâc formulâ, Je vous aſſeure par la foy de Genti l'homme.

גו *Danicè* Gev vel Geff / v & ff conveniente ſibi invicem [illegible] Hebræorum propriè corpus, tergum, ſignificat ſed Avenarius *pro quavis eminentia* ſumit. Adfer Job. *XXII.* v. 29. *Cùm humiliaverint ſe, & dices, exaltatio.* Apud Boreales DANORUM dicitur ille Geff / qui induſtriâ, prudentiâ cæteriſq; Naturæ dotibus ad munus exequendum aptus habetur, ſic valet, det er en Geff Mand.

חק Danicum illud τὸ Kech eſt eſſe *generoſum, fortem.* Sic, Hand er en Kech Soldat / hand er en Kech Mand / quod dicitur de eo, qui generoſam mentem repræſentat. Confer Ezech. XXIII. v. 14. 15. Adde quod Forſterus in Lex. docet: Verbum חק *ſignificare* ait *Anterioris partis à pectore ad pedes &c. complexum* Et hoc nobis equidem. Vera enim generoſitatis & fortitudinis ſedes pectus eſt. Confer Marcum Marium, qui idem, quod Forſterus infert ex Eſ. XL. v. 11. Eſ. LXV. 8. Ruth. *IV.* 16. Prov. XVII. 23.

קורת. Danicè foret vel faaret i. e. *Electus*: nam o & aa æquivalente pro-

pronuntiatione transponuntur. *Hebraicè* significat *vocatus*, à קָרָא *vocavit, proclamavit, invitavit, salutavit.* Esa. XLIX. v. 1. *Dominus ab utero vocavit me*, Deut. XXV. 8. Et vocabunt eum seniores civitatis. Confer Esth. V. 12. Ezech. XXIII. v. 23. Es. LX. v. 14. Hæc ad allegatam vocem DANICAM τῷ *taaret* aptissimè referri possunt. Quem enim dixerimus electum, hunc atq; dicamus vocatum, proclamatum, salutatum. Participium τοῦ קָרָא est קוֹרֵא jam ת per metathesin pro א posito insignem generis enallagen habebis, quâ vocem Majestatis ellipticè subintellectam volumus, ut significet idem, quod אֶת־שְׁכִינָה קוֹרֶת vocatam Majestatem, Divinitatem, Divinam gloriam. Exempla hujus figuræ vide Psal. LXXIX. 8. Gen. IV. 7. Gen. XIII. v. 10. 1. Sam. XV. 9. Confer aliàs Jech. XXIII v. 23 ubi וּקְרוּאִים idem, quod Principes & Magnates notantur, unde R. D. Kimcki in lib. rad exponit גְדוֹלִים i. e. magnates, qui celebres. *Doctè de his*, inquit Mercerus, *reddit Hieronymus nominatos* 1. Reg. I. 41. Num. *XXVI.* 9. קְרוּאֵי *majoris congregationis i. e. secundum* Hieronymum: *Hi nobilissimi Principes multitudinis.*

כּוּנַע Dan. Konning vel secundum y Kunningh/Dageschato נ. Duplex est hujus vocis Radix: altera erit à קוּעַ lege Koung per Syncopen נ. De hac Avenarius ita: קוּעַ *Dux, Præses, Princeps Munificus. Hinc per inversionem* ἡγέομαι, *impero: Ezech.* **XXIII**, *v.* 23. *Filios Babel & omnes Chaldæos, præfectum opulentum & Præsidem.* Marcus Marinus in תבל נח *Nomen formæ masculinæ* קוּעַ *quod semel legitur in Bibliis & dubitatur quid propriè significet. Quidam tradunt significare Principem magnum, Dominum pro loci ratione vel ut aliis placet, Virum insignitum* קַעְקַע *sicuti Babyloniorum morem fuisse putant, ut Viri Principes hujusmodi notis, carne impressis insignirentur, Signore.* Altera radix est כָּנַע depressit, humilem reddidit, & hæc radix prioris est demonstratio. Confer 1. Par. *XVII.* v. 10. *humiliavi inimicos tuos* Job. *XL.* v. 7. *Vide omnem superbum, incurvare fac eum; & contere impios sub se.* Quid itaq; magis originem & causam Regii Regiminis exprimit. Rerum enim principio cum imbellis illa multitudo rudis adhuc ad resistendum injuriæ esset, Reges ad fastigium spectata inter bonos moderatio provehebat, ut omni concessa potestate feroces, superbos & iniquos compescerent, humiliarent, redigerent. Hinc REX dicitur Sacris Prophanisq; Historicis Deus *qui humiliat superbos & pauperibus dat gratiam suam.* Hoc, quod nos dicimus Konning/ legunt Angli contractè King, quem quasi Cunning i. e. *prudens, ingeniosus* nominatum volunt. He is very Coonning.

Quid significat Konning.

דוד

ברי Alsted. in *Encyclop.* vertit, *Serenitas*, nam præsupponitur liberam genituram bonam vitam sequi, bonæq; vitæ comites esse mansuetudinem, benevolentiam, clementiam & serenitatem. Obsoletum hoc verbum est Brie vel Bried à rad. prud. Apud Anglos in usu adhuc est, he is very wel bried i. e. bene educatus, bene compositus naturâ & moribus. Videtur convenire verbo nostro Prud unde B pro P dicemus Brud à Prud i. e. decoratus, quia Sponsa decorata est. Sive itaq, malueris Bried à Prud derivare, sive illud per metathesin ב & F quasi Fri reddere, id juxta æstimabo.

דנא Josephus Ben Gerson è Basil. edit. ita: דודנים הם עם דנישי היושבים תוך ערי לשונות ים אוקיאנוס בארץ (דזיא) דניא מכבא וברדנא בתוך ים הגדול *Dodanim sunt populus Daniscorum* (restituere vult Bochartus in Phaleg lib. 3. c. 15. & legit Danorum, quod latinè dictum est, priùs autem est Danicũ, nam Danum *Danicè* dicimus Danske) qui occupant urbes sitas in mediis finibus maris Oceani in terra *Daniæ*, Mechbam & Bardanam in medio maris magni.

ראה Secundum proprietatem Hebræorum significat רׂאה videns providens, perspiciens, usurpatur etiam pro frui. Verbum hoc Danicum Roe è circumstantiis varia habet significata, jam pro quiescere, desistere, jam pro delectari. Convenientia Radicis Heb. ראה cum *Danica* ex hac formula perspicitur, maatte jeg hasfve været i Roe i.e. si bono meo frui possẽ. Sic in contestatæ litis quæstione nemo, pendente lite, potest dici frui re, de qua agitur. Vertitur etiam hoc maatte jeg hasfve været i Roe, ô si ista mala nunquam viderẽ. Applica quod ex Mardocheo Revchlinus adfert in concord. Hebr. ad verbum ראה *Visus, inquit, est sensus cæteris sensibus dignior, & idcirco omnes alii sensus per translationem dicuntur visus & quæ sunt aliorum sensuum propria sibi tribuuntur.* Quod itaq; REX dicatur *Daniæ* requies, signatur; illum talem esse, cujus molestiis cujusq; accuratô visu & cognitione cuncta nostrum in tuto navigant, ut

REGIS FRIDERICI SYMBOLUM.

cuilibet suis frui liceat adeoq, salutem uidere, At vi kand see paa vor Salighed. Conf. Gen. *XXII.* 8. Deus providebit. Gen. *XLVIII.* 11. Ps. XII. v. ult.

מנישין Vox *Danica* eadem proprietate cum Hebraica componitur ex אֱנוֹשׁ præfixo מ per chirech, sequente dagesch, quod signũ est exclusæ Radicalis א & formato à singulari plurali, fit juxta regulas מנשים *homines* vel converso ם finali, more Chaldæorum in ן *Danicè* legis Mennisken. Cimbris genuinus est iste idiothismus, pro quo *Dani* legunt Mennisker à mortifera ægritudine, in quem homo post peccatum incidit. *De* cætero non inepta, si vel longè petita est illusio, si Mennist quasi ex

מן

מִן & אִשָּׁה vel אֵשׁוּר id eſt ignitum , compoſitum ; quid enim eſt hominum vita niſi ignis, ſive animi & affectuum , ſive corporis & malorum, duraturus ad mundi finem igne conſumendum.

רוֹצַת Secundum *Dan.* formam eſt laudata , ſecundum Hebr. autem eſt bene accepta , grata. Viſa ſunt hæc mihi optimè convenire. Solent quippe utplurimum benè audire & benivolè eſſe accepti , quos invida hominum Natùra laudare deſiderat. Confer Gen. XXXIII. v. 10. Eſth. x. 3. Pſ xxx 6.

עֶרְלָנִי *Danicum* Kaarſene ſignificat Juvenes , derivatur hæc vox à עָרֵל *præputiatus.* Exod. VI. 2. Lev. XIX. 23. Jer. IX. 26. Per Synechdoc. ſumitur pro omni genere hominum. Confer Pſ. VIII. E *lactantium ore &c.* Angli habent verbum quod yearl eſt, & ſignificat *Virginem &c.*

רַמָּה Danicè eſt *laudant*, Apud Hebræos in Pihel eſt רוֹמֵם *exaltare, efferre, tollere, extollere.* Facile itaq; leges romme pro Rome. Quod v. nos dicimus ב Hebræi non agnoſcebant, pro quo legebant ו vel וֹ vel ֵ vel ָ. Convenit hæc collatio *Danorum* & Hebræorum proprietatis cum Latinis, qui hac formulâ *extollere, efferre aliquem in cœlum* &c. utuntur pro *laudare.* Confer Deut. 32,27. Zach. 14,10.

נוֹד *Dani* legunt Naade i. e. gratia. *Derivatur* convenientiſſimè à נוּד *motus* eſt, *commotus.* Nam gratioſus eſt, qui ſemper commovetur ad preces, miſeriam & imbecillitatem precantis. Hinc inquit Avenarius, per converſionem eſt condolere, Pſ. LXIX. 21. Eſ. LI. v. 12. Job. XLII. v. 11. *Derivari* etiam commodè poteſt à נָדָה quod ſecundum Mardochæum idem eſt, quod מִתָּן i. e. *donum, merces.* Cum a. præter Ezech. XVI. v. 32. nullus locus ſuperſit, patiar ſilere.

בָּרְן *Dan.* Barn per enallagen numeri, idem quod Born / à rad. בָּנָה *ædificavit, metaphoricè* inquit Buxtorf. *in Lex.* dicitur & de liberorum procreatione, Conf *Deut.* xxv. 9. Ruth. IV. 11 hinc בֵּן *filius*, *Dan.* VI. v. 24.

הדר Danicè *honor.* Hebraicè הֲדָר *honor, decus, Majeſtas.* Confer Dan. XI. 20. Dan. IV. 33. Eſ. II. v. 10. à rad. הָדַר *honoravit.* Dan. v. 23. Prov. XXV. 8.

בּוֹנְנוֹם Ratione Dan. ſenſus ſignificat vox hæc *mulieres, fæminas* & hoc diverſimodè : Vel enim exponi poteſt quaſi à כּוּן id eſt, *aptavit, diſpoſuit.* Pihel eſt כּוֹנֵן aptavit, paravit, diſpoſuit, tranſlativè poteſt hoc ad Mulierem referri, quæ beneficio Sanctiſſimi Conjugii ad Mulieris titu-

titulum & voluptatem ita disponitur, Unde aptè & benè dicitur & à כִּנָּה *cognominavit, cognomine vel titulo.* Usus heic in DANIA invaluit, ut Mulier sociata viro, in cognomen sibi adscribat viri nomen, quo gaudeat. Qui à קון in Pihel קוֹנֵן *lamentatus est*, Danicũ Kone derivant, ad naturam mulierum aspiciunt, quæ in se mollis haud difficulter ad lachrymas commoveri potest. Confer Jer. IX. 17. 2. Par, XXXV. 25.

quare REGINA vocetur à me Amme vel Nutrix.

אמה Danicum Amme est nutrix. Literæ radicales Hebr. אָמַן inferunt significationẽ τȣ̃ *nutrire*. Hinc אֹמֵן Est. II. v. 7. Num. IX. v. 12. per Nutritium & nutrientem explicantur. Confer Esaiæ XLIX 23 *Et erunt Reges nutritii tui & Dominæ eorum lactatrices tuæ.* Versio Dan. ita: De Konger skulle være dine Fostrefædre oc Dronninger dine Ammer. Adde, quòd ינק in Hiphil *lactare*, & אָמַן *nutrire* optimè heic conveniant. Confer Cant. VIII. I. Deut. XXXII. 25. Ruth. IV. 16. Avenarius ita: *hoc loco columnæ templi appellantur nutrices, quod sustineant & portent ædificationem templi, sicut Nutrix infantulum brachiis suis.* Atq hoc epitheton studio apposui, ut insulto cuidam jurisconsulto demonstrarem, Reginam multùm conferre ad Majestatem continuandam.

גִּיל Hujus vocabuli proprietas apud Hebræos est *similitudo*. Proprietas vocis Dan. Giill / est *alacris*. Convenientia utriusq; appellationis sequenti idiothismo explicatur, hand er saa giill / som du i. e. *simili tecum est alacritate.* Confer Dan. I. v. 10. אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם *Qui sunt secundum similitudinem vestram, aut ejusdem cum vobis status & conditionis.* Quatenus Giill significat *alacrem, & virum moribus vitaq; bonum*, ut: hand er en giill Mand / en giill lystig Karl / hand var ret giill i vor Verdstab / descendit à גּוּל *exsultavit*: hinc גִּיל *exsultatio*, Hos. IX. v. I. Jes. XVI. 10. Pl. LXV. 13 Et notat Mercerus *hoc verbo* גִּיל *externum magis gestum, quàm internam animi lætitiam significare, cum veluti tripudiis & volutationibus se quis gaudere ostendit: Respondet* Græco ἀγαλλιᾶν. Aben Esra ita (Citante Buxtorfio) in illud Es. XXXV. I. וְתָגֵל אַף גִּילַת supplet גִּילַת לֵב.

Quid SOPHIA significet.

סוֹפִיה Est nomen proprium Mulieris, vel à Græcorum σοφία i. e. *sapientia, prudentia*, potest exhauriri, vel à סוֹף i. e. Finis, qui respectu Dei, est *primario* Ejus gloria, quæ consistit in omnipotentia sua, *secundariò* est hominum salus, quæ Gratiâ Ejus acquiritur. Modi, quibus Deus hos fines quærit & consequitur, sunt varii. Et cùm inter alios modus afflictionis & inconstantiæ rerum humanarum reperiatur, non ultimum in eo statu felicitatis omen existimo, ubi Principes semper apud animam expendunt gloriosa illa, quæ Dei sunt, & caduca, quæ hominum dicuntur.

tur. Et hac animi mente non facilè labuntur Principes. Illud SOPHIA SERENISSIMA NOSTRA REGINA non solùm Nominis sui expositione verùm etiam symboli ejus (quod ita habet: En Dieu mon esperance) satis demonstrare desiderat.

Quod insuper vi vocis AMALIÆ potest exponi, quæ componitur ex אמה ancilla & ל quod signum Dativi est, & יה i.e. Deus, ut sensus sit: Ego Ancilla DEO. Confer Luc. I. 47. 49. *Et respexit humillimum spiritum Ancillæ suæ, jure enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna &c.*

מני Adfer quæ supra posuimus in eadem voce. Notandum aliàs erit vocabulum hoc *κατ᾽ ἐξοχὴν* adferri, ut denotet summum & principalissimum, quem REGINA inter omnes mulieres obtinet, statum & conditionem. Sic Anglicè vocatur Regina, à Queen, quæ Danicâ proprietate mulierem significat, sed sensu Anglis usitato, Reginam, quæ Danicè vocatur Dronning i. e. Domina.

אי Verbum ipsum est אין i. e. *non, nihil, nemo, nullus*, per Apocopen fit אי quod & Danicum & Hebræum est & significat *non, nihil &c.* Prov. XXXI. v. 1. notante Buxtorfio, quamvis alii pro אי אל legunt.

פני Danicè est *invenire*: Heb. *aspicere, respicere* à פנה i. e *aspexit, respexit, vertit, divertit.* Conveniunt heic, quatenus dicimur ad rem inveniendam & consequendam oculos & mentes ab aliis ad hoc avertere intentè.

מן Danicè est posse. Hoc à כון i. e. *aptare, disponere, dirigere*, placuit derivare: quia vires sine dispositione credimus nullam virtutem addere. Si itaq; firma futura erunt, quæ credimus nos posse efficere, opus est certo ordine & directione occultarum qualitatum.

מן Est vox Chald. & significat *Quis, qui*, Dan. III. v. 15. Dan. IV. 14. Adde, quæ supra attulimus in voce דנמ.

הוד Danicè *Caput*. Hebraicè est *decus, gloria, Majestas* Modus loquendi S. Scripturæ est usitatissimus, ut nomine capitis Majestatem & gloriam designet. Confer Jes. XXX. 4. Num. XXVVI. 1. Jos. VXIV. 1. Esr. V. V. 10.

מגן Danico sensu est *par, similis*. Occasionem mutuavi à voce מגן *clypeus, scutum*. Metaphora sumpta est ab Athletis, qui certaturi de roboris aut virtutis præcellentia, scutis vel clypeis sese obtegere solent. Hinc & illi possunt dici scutis tecti, qui virtute & gloria præeminente sunt decorati. Confer Prov. IV. v. 9. *Dabit capiti tuo copulam gratiæ, diademate decoris muniet te.*

אמליה Vide supra in voce סופיה.

שת *Danicè posuit.* Hebraicè idem *posuit* per metathesin literarum שׁ & שׂ à rad שׁות *posuit, disposuit, imposuit.* Confer Ps. VIII. 7. Ps. XII. 6. Ps. XXI. 4. Prov. VII. 10.

בנה à בָּנָה *ædificavit.* Bane propriè est via quædam strata, metonymicè pro quovis ædificio, quod insignem structuram præbet. Confer Ezech. XL. 2. Deut. XXV. 9 Ruth. IV. 11. Gen. XVI. 2.

שיהוה Vox hæc composita est è שׁ, suffixo ∴ quod derivatur ad אֲשֶׁר *qui, quæ* & יהוה i. e. *Deus.* Sensus itaq; hujus compositionis est, qui Jehova sc. es. Danicum, Skee Jehova exprimitur quasi, *fiat* ut Jehova. Modus optandi est, & idem infert, quod Hebraismi istius modus asserendi.

רדה *Danicè* est *Dominari*, (Sic, hvem raader oc regerer nu i Sverrig / Spanien / Franckrig &c.) consilium dare & dirigere, sic huad raader du mig? à רדה i. e. *dominari* &c. Optimè, qui enim Consiliarii sunt, debent prævalente & quasi dominante ratione penetrare in minutissima quæq; & ita consilia dirigere, ut principium, media & consequentiæ semper in oculis haberi queant.

סֵגֶר est à סגר *præclusit, tradidit, dedidit.* Danicam Sager significat Res, negotia, causam. Radix סֵגֶר intendit omnia quæcunq; se offerre & tradere possunt, sive belli, quæ causarum sunt sive pacis quæ negotiorum sunt &c. Sic Gud bevare dig i alle dine Sager. Sic Huad er din Sag. Aliàs convenienter per metathesin literarum ג cum ח & G cum ch à סָחַר *mercatus, negotiatus est*, hinc סַחַר *negotiatio.* Quid enim est regnum sine negotiatione. Videmus, inquit, Aristot. l. 1. Polit. *πᾶσαν πόλιν κοινωνίαν τινὰ οὖσαν ἢ πᾶσαν κοινωνίαν ἀγαθοῦ τινὸς ἕνεκεν συνεστηκυῖαν.*

שׁד à rad. שׁדד *vastavit, devastavit* per Apocopen ד habes Skad i. e. *lædere, vastare, damnum inferre.*

אלדרך Compositum est ex אַל nulla & דֶּרֶךְ i. e. via, quasi nulla viâ: Romanè *nullo modo, nullaq; via patiar* &c. אַל raro pro non, sed sæpius dehortandi particula est. Legitur Prov. XXX. 31. אלקום i. e. invictus, qui non potest vinci. Prov. XII. 28.

זִיר Per *ἀντίθεσιν* potuit à זִיו i. e. *splendor*, sed rectiùs à שִׂיר i. e. honor principatus à שׂור *principatum tenuit.* Certè ubi est principatus, ibi est gloria, sive *privativè* ad unum sive *communicativè* ad plures. Conf. Prov. VIII. 16. Dan. XII. 11. 2. Sam. XIX. 6. Es. X. 8. *Sunt*, inquit Mercerus, *in voce*

voce שור *vel* שִׁ־ר, *qui ex* Ef. xxviii. 25. שׂוֹרָה *perpulchrum & laudabile explicant.*

שוני Potes hoc explicare vel quasi Sone vel schone / à שָׂנֵה *odio habuit*. Si itaq; addis particulam Danicam for Danico huic verbo sone / habes forsone. Sic Jeg bleff Oigen forsoning / i. e. *Non odio te habui sed liberavi.* Aliàs τὸ Sone idem est quod indulgere, remittere, non ulterius meminisse. Confer Articulum 27. Bremsebroe, qui ita: Huad Tiltale oc Retighed Kongen aff Sverrig kand haffve til Gudland formedelst denne 50. Aars Fredstand / skal bliffve hannem u-forkrenckt. Huis Tiltale Kongen aff Danmarck kand haffve til Suerrig / skal hannem iligemaade være forbeholden. Huad andre Jrringe / Brøst oc Breck disse Riger indtil des haffver imellem været / skal hermed venligen være sonet oc afflagt ꝛc. Quatenus à שָׁנָה *iterare, mutare* derivatur, respondit Danico At skone i. e. *parcere*, sic Deus dicitur respectu nostri mutare voluntatem, quando parcit hominibus & debitam pœnam differt.

Quibus ita deductis, habes benivole Lector rationem eorum in ἀναλύσει, quæ composuimus. Et ut eorum singula verba uberiorem lucem acquirere queant & melius intelligi ab

AUGUSTISSIMA nostra

REGINA,

Hanc παράφρασιν in congratulationem status Monarchici instituam.

Huad Glæde stig ô Hiarne liig! bar vel de stolte Lande
J Norden / der først a Dommer ser b opkom en huer til Haande /
End Glæden tel c fri Hiarne vel! som der oc haffver været /
Der d Dommer Stand til e Koningh Stand bleff yndelig begæret.
Der f kunde Ene / alting forlene / blant alle / som da mechtig;
Formeente huer for sig i sær sit Styreblad andechtig.
Der kiendtis vel uden Forskiel ved Dyd / Forstand oc Hierte /
Paa stolten Mand paa * Vei'r * Mand at føre Smert aff Smerte.
Der g kech oc * frie paa Marck oc Stie / der Roesverd alting endte
Der Ondskabs Vold med Herrestiold retfindelig forvendte.

a דנמן
b קום
c בר־י
✠ Usus status Monarchici.
✠ Arnold. Huitfeld.
d דין
e קוע
f מן * כן
* Ef. 2, 12.
g חק
* בר־י.

For

h כונע For sligt oc Me'r bleff h Konning fer/ som Gud høyelsket/ ophøyet
i הדרי Til i Heder stor/ til k Kongens Flor har Verden all sig bøyet.
k כונע Ti tusind Siæl' i Kamp oc Fiel bleff ey saa meget yncket/
l כונע Som Davids ene/der bleff et Meen/ for ✠ Kongen huer har l bynchet.
2.Sã.18,3. Jeg tie vil all' andre still' / vore m Konger har jo prectig
Fast Verden all giort sig til Fall/ oc bleffne os høymectig
m כונע Freidig de er' med lyckrig' Ær' n opkomne Seyers Herrer/
n קום Bleffne til Skreck / i mangt et Treck / Lyckens oc Lands Formerer.
o נו p חק De ✠ Græciam oc ✠ Daciam de o geffv' oc p kech' har dreffvet
✠ Sax.Gr. Der's Lyckeblad for mangen Stad/ oc Thraciam bortreffvet.
✠ Avent. De ✠ Tydsk oc ✠ Spansk ja ✠ Velsk oc ✠ Fransk/ de ✠ Rommer Porte ride
✠ Luithp. Antastet har/ ved Gotthisk Star/ ved Cimbrisk stridig Side.
✠ Marian. De greb an hart ✠ Sarceners Fart / der's Lycke oc der's Ile
✠ Cambd. At hindre brat/ oc der med q sat all Christenhed til ✠ Huile.
✠ Beda. De Aarsag var / at aabenbar ✠ Sicilien er kronet /
✠ Wil.Ge. At Calabrie oc Apulie der hos oc bleff indthronet.
✠ Procop.
q שת De ved ✠ Skibsfar Baldvinum har Hierusalems r Konge reddet
✠ Pistor. Ved * Danske Mand/ ved s Normans Hand bleff Paffven sat i Seddet.
✠ Crantz Til Loff oc Ret/ med Act oc Set/ de ✠ mange Land' har stygget
✠ Petr. Søgt HErrens Fryct/ Kircker forøgt/ der's Børn oc t Børn opbygget.
Biz. Sentinati, De mage lod at ✠ Dansk Mand stod Keyser Alex til Haande:
For Troskab stor i Curie Flor/ høyelsket uden Vaande.
r כונע De helliger de ✠ Cyprier at de i Jord nu stille
✠ Adric. u Kand leggis ned i huer sit Sted / at vente Liffsens Pille.
* דניא De Førster har fra aabenbar Krig / Feyd' oc Vrede bøyet
✠ Pistor. Ved Interess', ved Lands Fortress', oc dem ved Fred sig føyet.
✠ Step. Er det ey Saffn at x Konge Naffn tilfører Fred / Fryd / Glæde
Steph. J allen Stand/ for mangen y Mand oc Lyst i Herre-Sæde.
s שת Naar z rosis a kand aff saadan b Mand/ som kler for alle Herrer
✠ Lindeb. Med Majestet oc Dignitet c rømmis August med d Ære.
t ברן Som sin Person oc Lands Natuur har Kongers Hierter yndig/
✠ Steph. Steph. Oc mager at sin' Undersat d kand huer i huert Land myndig.
u כן Der Landsens e Børn aff huert et Hiørn / dem der Dyd licentierer
Kand føre til stor Lycke Spil. ti tusind favoricerer.
x כונע Naar Kongen selff med Sorg oc Skelff anseer Lands f Roe / oc sidder
y מן Som g Dannemænd i Ærestand Være oc Vold adspridder.
z רדה

a כן b מן c רמה. d כנ e ברן f ראה g דנמן

Naar

Naar alle h Raad til nogen Daad om Rigetz i Frucht at meere h רדה
Ham sigis frem/ at hand kand dem lyck sindigen regeere. i פרדרך
Naar hand aff Blood en Dronning good/ som Riger kand forene k פרידרך
Ved Liff seus k Frucht l høysiret smucht: sin Lyst/ Lands Trøst formene. l שיר
Ey naae det kaand Republiq Stand at Ecteskab forfremmer m קוע
Det's Land oc Term/ sig saa til skierm ved m Kong Echtgiffne Lemmer. n ברן
Saa er det best oc raad som mest for Riger at ophøye/ o קוע
At ynske sig n Børn o Kongelig/ der vende vil all Møye. ✠ Micræl;
De ✠ Belger blaa/ Burgund ocsaa falt ved Maries Echte in uni. hist;.
Kong Carls p Barn Maxmili Arn til føye oc til Echte. p ברן
Philip den Forst' Hispanien ved Ferdinandi Daatter q הוד
Royal antog/ bleff Ærens q Hoed blant sine Undersaatter. r כונה
Ved Isabel Caroli Siel Caroli Femtis r Kone s קום
s Ankom Thubal Prætens med all til Anden Philips Throne. t מזן קוע
Britannien til Francien, oc Normand til vor Nolle: ✠ Crantz.
Til Engeland ved Ectestand falt oc de Pictisch Trolle x
Saa gaar aff Saffn at t Konge Naffn tilfører Fred/ Fryd/ Glæde פרידרך
J allen Stand/ for mangen u Mand/ oc Fred i Herre Sæde. y הוד
Jeg mindis kand Kong Knudis ✠ Stand. Jeg har oc hørt med Glæde z ראה
At x FRIDEREKS Rod vor Kongis y Hoed er soret ævig Sæde. ✠ שְׁ
Skind derfor frem oc z roe vort Hiem Aurora du Jordøye! a
Lyckynske skee Dianæ Lee! Alting sig nu vil føye. פרידרך
Thi all den Stund vi nogenlund kand huse a FRIDERICHS Stamme/ b
Da har den strax Ax effter Ax b fruchtbar sig ladet ramme. פרידרך
Huad Majestet oc Dignitet hos fremmed' Excellencer c קוע
Det Oldist Blood vor c Kongis Rood har steds/ sees aff Credentzer. ✠ Arnol.
En deel for Mood oc Konge Blood/ en deel for Landsens Gaffver/ Huitfeld.
Som fremmed Stock tilreckis/ oc Regalia fleere haffver. ✠ Arnold.
Lign' ✠ Bremsebrois oc Fontainbleaux fordrager/slut affaire, Huitfeld.
Lign' huad til Spiir bleff giort ✠ omsid'r. tænck Sæd har tvende Gierre. d קוע
Danst rige Vand oc herlig Land er Kongens d Skiold at e magen e אר מנ f
f Ey g finnis h kand. Udkongers Stand sørg! naar Dansk Cron' er tagen. g פנה
Aldrig staar fast/ naar Dan er kast/ nog'n fructsom meent Aljance, h כן i רן
Til Lycken vil meer Lycke spil/ fleer Lycker oc Finance. k אר l קח
Fordi i Dansk meen bliff v'r k ey alleen veed Fransk vor Stand at achte.
Holland! dig Brød giff v'r Dansk keck' l Skiød/ din Loff/ din Flor/ din Krafte.

Dra

m שת Duc aff Milan! giff os det an/ huad Oldisk Blood har kierlig
✠ Rel. An. Keyser FRIDRIC, farhandlet dig med andre Førster herlig.
Dronning ✠ Lisabeth Dansk Konger, t m set for Nordisk Spisekammer
n רמה For Skibestand oc Fiskevand har elsk / oc ✠ hendis Stammer.
o קום Som Paffven bød Dansk Kong at med Card'naler med Roms Messe
p ראה Ved Clericos oc Adel Ros / at n rømm' høyt Dansk grandesse.
q מן Saa bleff det støt oc hart fortrøt / der Dansk Legat en Lycke
r הוד Sin Mund ey lod til Paffvens Fod: sin Kirckherr til Fortycke.
s חק Fra Oldenborg o kom Hiertens Sorg / det var et Tegn til Quale/
t קורת At Paffvens Tro ey kunde p roe for Luthers sandkier Tale.
u ברי Derfor Christjan Dyds q æremand paa Manddoms Hiul vit baaret
✠ Confer Til Kirckens r Hood for s kecken Mod aff Saxisk Kreds bleff t kaaret.
Es. LX. 16. End vider frem skriid/ oc ey glem Musa! u Brud prud forlyste
✠ Arnold. All' HErrers Hoff / som Oldisk Loff elsker for Døttre ✠ bryste.
Huitf. in Tall ved dets Mood huad Dan til Food er riiggiort och indliff vet
voce Konning pro For der's Person/ for høye ✠ Thron er meget Danmarck giff vet.
Prætension devotion. Christjan lod sig tilsuære
Duce. Tre Rigers Krafft til største Mact: end meer' lod hand begære.
x Til Hertugdom hand vendte om Holstein/ lod det bullere
פרידרך Med Stormaren oc Dithmarsken til Royal Mact at meere.
✠ Pacta Om Vagerland Kong x FRIDRICHS stand har lenge fegt oc vundet.
Hamb. Vor's ✠ Client Stad fiuff gang i Lad er Oldisk skiøt tiltvunget.
y חדר Dig y Heder stee mod Calmars Ree / for meget z sat i Gierde:
z שת O Kempe a Mand b Kong CHRISTIAN! aff Naffnet os den Fierde.
a הוד Hørend et Ord! mens Lerde Chor søg'r Oldisk c Hood at prise
b קוע For Acad'mie oc Skoler d frie/ for Kircke-Fred oc Lise.
c הוד Det e Hoed/ som vel har tænckt med Skiel Lerd' Mænd Lands f Ziir at bære/
d ברי Oc derfor stifft dem Ære gifft til Landsens g ✠ Raad oc Lære.
e הוד Det h Hoed/ som har en Himmelsk Star for Kirckens riiggiort Lemmer.
f שיר Det/ som Kong Knud/ Tro'ns Lære Bud blant sine i ✠ Raad saa fremmer.
g רדה Sligt holde di Mitratici hos Fransk oc Spansk høy acted.
✠ Confer Blant dem et Trin haff d' Mazarin, sligt Englisk mand har tracted.
Artic. 66. Til høye Ær' fribaaren Ær' merck Spansk oc Franske ✠ Skriffter
Christ. 3. Musa! oc rør! som Huitfeld giør / skal Frihed/ Ær' oc Driffter
Recess. Comparaison giør med Raison: k Friherrer de ey vige:
h הוד En for der's Ahner oc flyend' Fahner. Huo kand med Tycho Rige?
i רדה See-
✠ Crantz. ✠ Quæ ad præcell. Reg. suòrum argumentantur à qualitate subjectorum.
k ברי

See Earlers Stand i Engeland aff ædel Normands l Karle — l ערלי
Henført den Staffn til GreffveNaffn/ saasom vor Normans Jarle. — m נוד
Commoditet, Trafique-Ret ved Politie oc m Naade — n מן
Aar effter Aar alt aaben staar den verdslig n Mand til Baade. — o פנה
For Frihedts Vey til Handels Rey mange tusind nafle Penge — p כן q אי
Vild' Stæder giffv' for den at driffv'. Danst har dem uden Trenge. — r שד
Tag Nordens Fisk fra Paffve Disk. Jeg tro'r de Critisch Dage — s חק
Vil vende sig. Norden er riig. En huer der aff vil tage. — t בנה
Slig Herredag til Rettens Mag/ som Arm oc Riig indtræder/
Huor o finnis p kand blant fremmed stand at Kongen dem selff klæder. — ✠ Explicatio nominis FRIDERICI.
End q ey kand ret os sigis det at Norske Konger magen
Udreed med Skiold mod r Skad oc Vold saa Lands Defens har dragen.
Der s keck' i Strid self gaar/ oc sig paa farlig t Stridebane — u פרידרך
Ey spare vil/ mens Lyckens Spil hverff ver med svævend Fane. — x ראה
I Cæsars Baad der ved Guds Naad' tro'r sig til at handheffve — y מנשיך
Sin Konnig Platz oc viid Seylatz. Ved sligt giffv's mang' at beffve.
Var det til Vands / var det til Lands / Kong CHRISTIAN sin Trøye — ✠ Pistor. hoc refert.
Har voffvet hart / for Lands Velfalt. Derfor har mist sit Øye.
Slig Lands Defens oc Eminens der Fredsens ✠ Fruchtbar Første — z כונע
Vor u FRIDERECH, aff Witchings Rech lod staa mod Fiendens Røste. — a הוד
Treenighed! som huorfor veed du det saa siunlig vente/ — b גיל
At for meent x Roe oc trygge boe du y Mensken Sorrig hente. — ✠ REGINÆ Sym.
Vi tænckte fast/ at vær' omkast der Siuffsterck Kongegiffter
Mod enist Bye vil brus' oc brye Krom Kromwel Søen ✠ stiffter. — c נוד
Mens du som Mood gaff z Kongens a Hood / det gaff os b giil Confiance, — d ברן
Staar! Eders Død skal vær' min Død. ✠ En Dieu mon esperance. — * סופיה
Med suckend Røst oc trengend Brøst saa taled c Naadigst Dronning/ — ✠ Significatio vocis AMALIÆ. confer Luc. 1, 47. 49.
Mest / der hun saa paa d Børnen smaa paa Landsens e Børn oc Konning.
Din ✠ Tiennerind Jeg / Jeg skal mind' / ✠ SOPHIA Herrens Ende:
I HErrens Vill' er min oc still'. Din ✠ Salved t Naaden sende!
Saa striid' en huer med deris Her effter Clenodi' oc Throne/
Guds veldig Haand til g Fiermand lod h komme Danmarcks Krone — ✠ Significatio nominis SOPHIÆ.
Hand sige lod til i Kongens k Hood: Din ✠ Fruct aff mig skal komme
Som Ephr'ims Vext / saa skal din Vext i sin elendig Domme
Frucht ✠ dobbell giffv' / det skal oc bliffv' / at ✠ Konger aff dig skulde — ✠ Pf. 21, 7.
l Opkomme saa/ oc med dig staa. Folck skal dig suære hulde.

Min e נוד

f מן g קום h קוע i הורו k קום ✠ Hos. 14, 9. ✠ Gen. 41, 25.
✠ Gen. 17, 6. l קום

✠ REGIS Symbolũ. — Rin ✠ Providens din Eminens. At sætte dig jeg tæncker
Til Er' oc Glæd for Zions Sæd / Lands Hierter jeg dig lencker.
m מנשין Himlen skal lee / oc m Mensken see det dylig Jordens Grøde
n קום Ved Kierlighed / Taalmodighed / foruden Sorg oc Møde.
o מן Aff saadan Lind n kom Landsens Fryd. Høyt op saa fløy huid Svane
p כן At alle o Mand i huer en Stand p kund' hør' aff Kongens q Bane.
q בנה Der r kom saa frem en huer fra hiem at s rose Kongens Lycke
r קום Behagelig oc magelig effter Guds Siun oc Tycke.
s רוצת Saa sidder nu med En'volds Hu vor lyckriig fruchtbar s Konning
t כונע Paa æv'g Thron til Danmarcks Kron' med sine Børn oc Dronning.
u ברן Det Saliqu' Naffn giff v'r os nock Saffn / at ingens Hoed saa mechtig
x הוד Blant Kongers er / som Danmarchs er. y Ey Thubal sig saa prechtig
y אי z כן z Kand a rose / for ✠ Lam'censisch Snor. J Moders Liiff Royale
a רצה Princess' os giff v's / vi der med liff v's til fredlig fruchtbar Dale.
✠ Vide Caramvel. — Tænck derfor Gud! som ✠ selff har nd saa høytført Kongens Bolig /
Til ✠ Hielp oc Stød i all vor Nød / at vi kand leff vc b rolig.
✠ Confer Psa. 20, 4. du kommer ham tilforn med god velsignelse. — Er end Lands Synd / som Liim oc Dynd. c Skee! Jova den vil skone /
Oc mod den Mact / som du har vacht / din Styrche du ey d sone.
Lad Kongen tee i all sin lee din Morgenrøde e Naade.
Velsign' hans Raad! Velsign' hans Daad! ved ✠ din Forsiun til baade.
At Kongens Huus mod Storm oc Bruus som Amalonske Stamme /
✠ Pl. 20,4. — Udbredis maa! vi stor' oc smaa ynsker det os kand ramme.
b ראה

c שיהוה Kom (derfor) Danneman! kom geff! kom keck! kom koret /
d שונה Kom FRIDERECH Fri! Danne Roe / kom Menniskén roset!
e נוד Karlene rymma Konninge Naad / oc Konning Børn / danne heder /
f רדה
✠ Dominus providebit. — Konenum rymma Amma giil / SOPHIA Konning Kone
Ei finde kand mand Danne Hood / ei Danne FRIDERECH magen.
Ei Konning Konenum finne kand AMALIÆ Kone magen.
Set JEHOVA Konning Bane! skee! JEHOVA raade Konning Sager.
Skad alderich danne Ziir! JEHOVA Danne Sone!

TIT.

TIT. V.

De testimoniis Doctissimorum Virorum statuentium Cimbros esse à Gomer.

Ab Ethnicis & vetustis Scriptoribus; quorum secula figmentis exposita fuerunt, adeoq; nullam de Gomero veram cognitionem habere potuerunt, nihil heic directè allegare possum. Patres inferunt quidem aliquid, sed non nobis κτ̀ πόδα; qui dicunt Galatas esse à Gomero ut Hieronymus aliiq;, item Joseph. *L.* 1. *Ant.* Quæ sententia nobis non contrariatur. Nulla n. est consequentia, quia Galatæ sunt à Gomero, Ergo Cimbri non possunt esse à Gomero. Infero, si Galatæ sunt à Gomero, mediatè sunt. Qui mediatè sunt, vel per Ascenetz, vel per Riphat vel per Thogorma sunt. Jam constat ex Ezech. XXXVIII. per Thogorma potiùs illos intelligendos, qui latera Aquilonis inhabitabant, quàm alios. Adferantur quæ super. Tit. 2. attulimus. Hinc, si Gomer est PATER propagationis, sit vel per Ascenetz vel per Riphat, curni etiam PATER Thogormitarum, quorum Pater Thogorma est, frater Ascenetis & Riphati, filius Gomeri, esse potest. Atq; ita arguere licet eundem esse Thogormitarum sc. Cimbrorũ Parentem, qui fuit Galatarum. Hoc Mercerus *in Gen. Alii à Gomer Galatas, alii Cimbros esse volunt.* Conveniunt itaq; testimonia in quantum Galatæ & Cimmerii à Gomero originem habeant, & dissentiunt *ratione dispersionis* sc. tùm, cùm à se invicem erant separati. Quibus ita dictis, perspicimus monumenta Anhaldina, quæ referunt Galatarum quosdam in Cimbricam Chersonesum venisse, de adscititio quodam adventu esse intelligenda. Diutius hanc materiam prosequi non necesse habeo, cum partim cursu itineris Gomeritarum

De eadẽ Galatarũ & Cimbrorum origine.

F sese

ſeſe diffundat, partim frequentiâ corroboretur tot tantorumq; Auctorum idem ſentientium. Lutherus *in Gen. c. X. Ex Gommero ſunt Cimmerii, qui ſunt Cimbri noſtri & ib. Ex hoc Japhet ſunt Medi, Scythæ, Tartari, Cimmerii, Poloni, Wandali, Dani &c.* Hujus ſententiæ Patronus eſt Spangenberg: *Tab. 13. c. 10. A Japhet ſunt Scythæ, Poloni, Wandali, Dani, Gothi &c.* & porrò *tab. 14. Gomer conſumans vel conſumens vel deficiens &c. à quo Cimmerii ad Boſphorum & Mæotidem Paludem, Cimbrica Cherſoneſus & Fimmeria.* Gerhard. *in Gen. c. 10. quæſt. 2. Ex Gomer orti ſunt Gomarii ſeu Cimbri i. e. omnes habitatores terræ à Mæotide uſq; ad Oceanum occidentalis Germaniæ trans Danubium ſive à Taurica Cherſoneſo ſeu Boſphoro Cimmerio uſq; ad Cimbricam Cherſoneſum, ubi nunc ſunt Dani, Holſati Norvagi & Gothi. Inde ipſi progreſſi Romanis bellum intulerunt, & Illyricum invaſerunt A. Ch. 641. M. 3858. & cùm multas obtinuiſſent victorias, tandem victi ſunt. Ab ipſis dictæ ſunt Cimmeriæ tenebræ. Ab his etiam Victoribus Sicambri dicti, Weſtphali & Geldrenſes ad Rhenum &c.* Geſnerus *comment. in Gen. Gomerit as eruditi & imprimis D. Lutherus Cimmerios ſeu Cimbros, quos Mela Comarios dicit, eſſe exiſtimant, qui ultra Thraciam circa Mæotidem paludem olim habitârunt, Cimmerioq; Boſphoro nec non ejusdem nominis oppido appellationem reliquerunt, inde verò colonias cùm loci ejus anguſtia non caperet &c. in Cimbricam Cherſoneſum miſerunt Daniam, Scandiam, Selaudiam &c. ſibi vendicarunt.* Gordon. c. 4. *ad period. 2. Ab ergo ſortitione originem traxerunt nationes variæ, factumq; eſt ut ab Aſſur Aſſyria, ab Arum Armenia, à Gomero Cimmerii populi ſeu Cimbri ſint.* Chriſtop. Pelarg. *comment. in Oceanum*

num Prophet. Primus est Gomer & prima loca ad septentrionem obtinuit Ezech. XXVIII. v. 6. à quo Comarii, aliis Cimmerii vel Cimbri, qui secundum marginalia ejus è Strabone & Plutarcho sunt Cimmerii, Dani, Holsati, Nordvagi, Gothi. Rungius *in Gen. Gomer Pater fuit Cimmeriorum seu populorum Aquilonarium Ezech. XXXIX.* Musc. *in Gen. observ.* 3. *Gomer cum suis Aquilonares Regiones & maritima Oceanis inhabitasse creditur.* Greg. Gregor. *in Lexico Theolog.* Palladius *in præfatione hæres.* His adjungantur Marius *in Gen.* Cornel. *à Lap in Gen.* Arias Mont. *in Phaleg.* Piscator *in Gen.* Fridlebius *in Theol. Exeget. class.* 6. Theophilus Lebeus *in onomast. Theol.* Funcii *comment. in Chron l.* 1. Melanthon *Chron. Car. l.* 4. Gilbertus Genebrard. *Chron.* Guthberletus *in Chron.* Petrus de Crescentiis *in fasciculis temporum p.* 5. Reinecc. *in append.* 1. *de de gent. Germ. & Hene. appell.* Isid. *in Etymol.* Polyd. Virgil *de invent. rerum l.* 1. *c.* 4. Pontanus *p.* 642. *Hist. Dan.* Nicol. Petri *in Chron. de Cimbria.* Lyscander *Antiquit. Dan. serm.* 5. Petrus Rosefontanus *contra Joh. Magnum.* Christianus Cilicius *belli Dithmarc. l.* 1. *c.* 4. Jonas Cold *in Descript. Dan.* Torm. è Lyscandro, Suaningius *in Chronol.* Lazius *l.* 3. *de Cimmeriis & l.* 1. *de Aborig.* Alsted. *Encycl. l.* 32. *c.* 14. Dionysius *citante Alstedio*, B. Rhenanus *citante Thysio notis in Justinum l.* 32. Jod. Willich. *super Germ. Taciti.* Et tantum. Confer l. III. Tit. I.

CAPUT III.

TIT. I.

Quod Cimbri non sint à Germanis.

Hæc itaq; nostra sententia de Cimbrorum seu DA-

Tria genera Scriptorum circa hoc.

NORUM origine aliã (*ubi justè & rectè fuerit expensa*) instillat rationem, quam adhuc obtinent ii, qui à Germanis Cimbrorum originem derivant. Et hi in triplici sunt differentia, vel enim purâ ignorantiâ peccant, vel affectibus indulgent, vel falsô ducuntur rationum fundamento seu earum collatione. Qui auctoritate Plinii & Velleji nituntur, narrantium Cimbros Germanicam esse nationem, cum ipso fatente Plutarcho, rem ignorare videntur. Verba Plutarchi in Mario hæc sunt: αὐτοὶ μὲν γὰρ ἀμιξίᾳ τῇ πρὸς ἑτέρους μήκει τε χώρας, ἣν ἐπῆλθον, ἠγνοοῦντο τίνες ὄντες ἀνθρώπων ἢ πόθεν ὁρμηθέντες ὥσπερ νέφος ἐμπέσοιεν τῇ Γαλατίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ. Quod comprobat expressè quando concludit, se λέγειν ταῦτα (sc. statuendo Cimbros gentem esse Germanicam) εἰκασμῷ μᾶλλον, ἢ κατὰ βέβαιαν ἱστορίαν. Alterum genus Scriptorum enixè studet evincere Danos esse Germanos, ut jure postliminii gloriam Antiquitatis & rerum gestarum, quam Cimbri Danorum de jure & facto possident, associare queant. Et hâc virtute reperitur inter quamplurimos Nauclerus *Vol. 2. gen. 27.* qui ita: *Inclytæ igitur nationis Germanicæ opera quàm fuerint magnifica & excelsa, haud multa arbitror indigere probatione, apud eos præsertim, qui non sunt historiarum penitus ignari. Quis enim nescit Cimbros Germanam gentem Græcorum Latinorumq́; literis celebratam, qui, ut Strabo post Possidonium memorat diu ante urbem conditam evagati, usq; ad paludes Mæotidis suæ virtutis monumentum, Cimmericum Bosphorum reliquêre (nam Græci Cimbros vocant Cimmerios audacterq́; trajecto Bosphoro ad Joniam usq; terrã discursarunt.* Sed hæc quàm verè, quilibet ἀπαθὴς

diju-

dijudicat, idq́; eo quod Cimbricum nomen diutiùs fuit receptum, quàm τῷ Germanicum. Plin. *l.* 4. *c.* 14. dicit *Germaniam multis postea annis nec totam percognitam esse.* Tacit. *in Germ. discript. Germania vocabulum recens est, & nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerunt, nunc Tungri, nunc Germani vocati sunt. Ita nationis nomē non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum Victores à victis ob metum, mox à seipsis inventô nomine vocarentur.* Greg. Niceph. *l.* 2. *hist. Rom.* confundit occidentalem Galliam & Germaniam: ἐς δὲ τοὔπιον ἔτος ἄγεται τῷ ἐγγόνῳ βασιλεὺς τοῦ Ἀνδρονίκῳ τοῦ βασιλεῖ γυναῖκα εἰρήνην, τὴν ἐξ Ἀλαμαννιῶν, οὓς γαλάτας ἑσπερίους οἶδεν ἡ πάλαι καλεῖν συνήθεια. Præter hæc conciliatu perquam difficile videtur, quô modô illi eorum nomine vocari possunt, qui in causa fuerunt cur hi tale nomen assecuti sint. Ego in hac opinione sum, Cimbrorum incursionibus Germanicum nomen invaluisse, ut contra Cimbrorum impetus fratres essent fortissimi, quò pertinet illud Cæsaris *l.* 2. *de bello Gallico. reliquos omnes Belgas in armis esse: Germanos, qui cis Rhenum incolunt, sese cum his conjunxisse &c. cùm ab his quæreret, quæ civitates, quantæq́; in armis essent & quid in bello possent, sic reperiebat. Plerosq́; Belgas esse ortos à Germanis, Rhenumq́; antiquitus traductos propter loci fertilitatem ibi consedisse, Gallosq́; qui ea loca incolerent expulisse, solosq́; esse qui Patrum nostrorum memoria, omni Galliâ vexatâ, Teuthones Cimbrosq́; intra fines suos ingredi prohibuerint.* Confer Plutar. *in Mario* & Strabonem l. 7. *Geogr.* quorū ille bellū Cimbrorū describit: qui ὥσπερ νέφος incumbebant τῇ Γαλατίᾳ καὶ Ἰταλίᾳ: hic Germanorum & Gallorum convenientiam: Verba

hujus hæc sunt, Γερμανοὶ μικρὸν ἐξαλλάττοντες τοῦ Κελτικοῦ φύλου τῷ τε πλεονασμῷ τῆς ἀγριότητος, καὶ τοῦ μεγέθους καὶ τῆς ξανθότητος· τἆλλα δὲ παραπλήσιοι καὶ μορφαῖς, καὶ ἤθεσι, καὶ βίοις ὄντες. οἵους εἰρήκαμεν τοὺς Κελτούς. διὸ δίκαιά μοι δοκοῦσι Ῥωμαῖοι τοῦτο αὐτοῖς θέσθαι τοὔνομα, ὡς ἂν γνησίους Γαλάτας φράζειν βουλόμενοι. Talia mutuæ defensionis fœdera inter Germanos arctiùs post increbuerunt, minitante Julio Cæsare, uti ab eodé colligere licet *l.6. de b. Gall. & Epit. Liv. Dec. 14. l. 104. & 107.*

De vocis significatione.

Hinc videtur τὸ Germanicú apud Ciceronem, Terent. Vellejum Pater. Flor. Liv. & multos alios pro fraternitate, sinceritate & Charitate sumi. Apud Anglos eadem viget significatio, he is my coossen Germany & frater dicitur Hispanis Hermanno facili literarum metathesi fit German. Hieronymus in Epist. ad Eustach. cum virginem appellasset Germanam sororem, subjungit hoc Charitatis nomen esse. Sunt alii, qui Germanos quasi viros militares dictos volunt, à faire la guerre i.e. præliū inire, vel ab Hebr. גרה quod Græci interpretes reddunt συνάπτειν πόλεμον Deut. II. v. V. IX. XXIV. Dan. II. v. XXV. Et alludit hoc ad Danicum illud at verrie/unde et Verneting est forum clientelæ seu defensionis, & Vernemand sumitur pro viro qui pericula avertit & injuriam propulsat.

variæ sententiæ de Germanorum origine.

Ad hæc explicabunt, qui Fautorem nesciunt Salmasium *notis in Æl. Spart. p. 166.* Cimbros non esse à Germanis quà Germanis, sed esse à Germanis quatenus Germani Teuthones sunt.

Congratulatio Auth.

Quidam derivant Teuthones à Tuiscone & nepotem Japheti statuunt, quidam Tuisconem Ascenetem esse volunt. De origine

Teu-

Teuthonum cum diversæ sint opiniones, iis recensendis detineri brevitas instituti prohibet. Illud mihi gratissimum erit, semper de nobili illa Germania audire quæ ipsi & in honorem & in prosperitatem cedere possunt, & quo fortiora de Antiquitate audivero propugnacula, hoc instantiùs congratulari non gravabor. Interim illud mihi concessum iri confido, Cimbros Danorum esse a Gomer non autem à Germanis. Illud è Germanis aliisq; variarum gentium scriptoribus innotescit. Abr. Zachuth Judæus Salmat. qui scripsit 1502. ita in Juchasim ובני גמר אשכנז וראש מלכות בהם בהמ״א. Super hoc doctissimus Bochartus *in Phaleg l.4. c.38. Ascenetz in Hebræorum scriptis est Germania. Ridiculè, nam ut alia taceam populos Regni Ascenetz in Babylonē convocat Deus Jerem. LI.* Elias Reusnerus in Βασιλικῶν γενεαλογία: *Ascanica gens nobilissima & vetustissima, quemadmodum historiarum monumenta testantur ab Ascenetis filio Gomeri, nepote Japheti, pronepote Noæ, Custode S. Ignis, id est, Religionis & doctrinæ, qui cultum profanorum fugiens & idolomaniam, quæ orientem cum Tyrannica quadam sævitia invaserat, ex solo natali, quod superest, Phrygia in Bithynia versus Cimmericum Bosphorum ad Ascanicam paludē confugit ac cum Sociis Caycis & Cimbris in Septentrionis plagas migravit. Et Caycis quidem mediterranea, Cimmeriis verò maritima occupantibus &c.* Grotius *proœm. de Got. p. 22. Quod Ascenetzem faciunt Germanici generis Principem, error quidam est, sed Judæis imputandus qui in Chald. paraphr. pro Carmania Germaniam accepêre.* (Hæc idem Vossius) *Facilè autem videbunt, qui judicio uti volunt Mosen in antiquissimorum populorum recensione non longè admodum ab Armenia in-*

eos,

eos, quos ipse nominavit, traduces; unde porrò procedente tempore nonnulli in ulteriora, urgente fame, seditionibus, bellis protrusi sunt, sicut ex Scythia per Sarmatiam in Scanziam ventum diximus, è qua Scanzia deinde Germani cæteri ortum habuere namGermanos omnes ejusdem ab antiquo esse originis eadem inter se & cum Scanziæ populis lingva quantumvis temporibus ac locis variata, demonstrat. Hanc vetutissimam lingvæ communionem inter se Scanziæ Germaniæq; populos observavit jamdudum Rod. Toletan. *præbentq; ei testimonium propria ac communia nomina, quæ in legibus historiisq; rerum Gothicarum, Wandalicarum, Longobardicarum reperiuntur, ut facilè ei apparebit, qui indices eorum, quos nos fecimus, legerit.* Bertius *rerum Germ. l. 2. p.* 345. *Ac si de origine certandum sit, videri possunt ab his potius* Germani, *quàm ipsi dicti à Germanis, primi enim Cimbri Teuthoniq; ex Dania & vicinis locis in Italiam profecti sunt, cùm se fratres vernaculè vocarent à Romanis Germani, quo nomine fraternitas significat, appellati sunt. Nunquam in has terras Græci, nunquam Romani, quod Strabo l.* 3. *affirmat, armis suis penetrarunt, ipsi potiùs suis relictis sedibus Germaniam, Galliam, Hispaniam, Italiam, Hungariam, Bohemiam Africamq; perruperunt, suiq; apud illas gentes sermonis & victoriarum vestigia reliquerunt.* Reinec. *de Henet. appellatione, Germanos à Cimbris statuit,* Bodinus *meth. histor. ita: externam Scythiæ oram tenent Heneti & Cimbri, â quibus Germani.* Et hoc Heilin *in Geogr. Franc.* Appianus *in fragmento Celtico, quos bello vexavit & domuit J. Cæsar, Teuthonum ac Cimbrorum fuisse progeniem.* Confer Bisc. *hor. succ. T.* 2. *l.* 14. *c.* 24. *omnes Cimbris adjungunt Teuthones & aliarum gentium colluviem.*

viem. Et tantum de diversitate sententiarum pro origine Germanorum. Aliud genus argumentorum, scilicet evincendi Cimbros esse Germanos, sumitur ab amplitudine Germanicæ descriptionis. Quibus ratiociniis nonnunquam etiam respicitur ad victorias, quæ si per secula duraverunt, dici possunt conferre ad generationem propagandam. Sed cùm heic agatur de prima origine, non de adscititia quadam propagatione seu adveniente colonia, contraria quæ proponuntur facili negotio soluta credo. Nec probabitur ab Historicis Danos unquam à Germanis fuisse subactos, sed illud constat inter periculosissima Cimbrorum mala, scilicet, Otthonem cum Cimbricam Chersonesum occupâsset, baculum terræ infixisse, queritantem, heic sibi subsistendum. Quod si idem argumentum agerem, qui victor est gentis, ejus & Auctor est: vel potiùs; qui victor est gentis, ejus impositi nominis Auctor est, (unde Liv. *dec*, 4. *l* 8. *Galli jam degeneres sunt misti, & Gallogræci verè, quod appellantur*) ex collatione præpollentium victoriarum in alterutrum, longè aliam consequentiam perspiceremus. Quis enim non nescit Cimmeriorum, Cimbrorum, Danorum, Gothorum, Wandalorum, Langobardorum, Normannorum longè plures expeditiones & ampliores satus extitisse. Confer Strabonem, Plut. Cæsar. Liv. Florum, Luithprandum, Aventin. Otthonem Frising. Crantzium, Saxonem Joannem à Leydis multorumq; aliorum astipulationes, quas videre licet Lib. III. *de Rebus gestis Danorum.* Gothofredus Rex septentrionalis Germaniæ potentissimus, qui Danis, Sueonibus, Fennis Norwegicis, Gothis, aliisq; Nationib⁹ imperitabar, qui Cimbriam & Scandinaviam incompertæ magnitudinis

Refellitur Bodinus qui asserit Danos imperiũ German. agnovisse

peninsulam Scandiam possidebat, Saxones fatigabat à Francis deficerent, adseverabat jure sibi debere Regnũ Germaniæ &c. Propter has itaq; rationes & id genus alias describit Paulus Warnefridus *de gestis Longobardorum l.* 1. *c.* 1. Germaniam his verbis: *Septentrionalis plaga, quanto magis ab æstu Solis remota est, & nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum, & propagandis est gentibus magis coaptata: sicut è contra omnis meridiana regio, quo solis est fervori vicinior, eò semper morbis abundat & educandis minus est apta mortalibus. Unde fit ut tantæ populorum multitudines Arctoo sub axe oriantur, ut non immerito universa illa Regio Tanai tenus, usq; ad Occiduum, licet & propriis loca in ea singula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur, quamvis & duas ultra Rhenum provincias Romani, cum ea loca occupassent, superiorem inferioremq; Germaniam dixerint. Ab hac* (sc. inferiori Germania quæ dicta videtur ita ad placitum Romanorum) *ergo populosa Germania sæpè innumerabiles captivorũ turmæ abductæ, meridianis populis pretio distrahuntur; multæ quoq; ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinat, quantosq; alere vix sufficit, sæpe gentes egressæ sunt, quæ nihilominus & partes Asiæ sed maximè sibi contiguam Europam afflixerunt &c.* Pari passu infringuntur, qui ab Helmoldo *in hist. Slav. c.* 50. Trithem. *c.* 17. & hos secuto Bodino *de Rep.* l. 1. c. 10. *Danos Germanos esse asserunt*, qui tradit ab illis Fridericum Barbarossam primum omnium Petro Duci Daniæ Regia stemmata dedisse ac Regali potestate beasse, iis tamen legibus, ut in fide ac obsequio perpetuo imperii Germanici permaneret. Quæ illatio nulla est. non enim hic loquimur de jure Conquesitio-

nis

nis vel voluntariæ præſcriptionis, quæ nullius auctoritatis eſt, ſi non conceſſu fit Eorum, quos tangit, juxta illud: quos tangit omnes, debet probari ab omnibus: ſed de origine gentis, quinam fuerit ille, qui primus illorum Archegus fuit. Cæteroquin de ſtatu quæſtionis &c. an Canutus & Sueno Principes Daniæ obligarentur Cæſari fiduciario jure, quòd illos reconciliavit, acturi erimus Lib. II. de Perſonali Majeſtat. & forma Regiminis. Notanda tamen in procinctu ſunt, quæ reperiuntur in hiſt. German. p. 277. Lugd. Batav. Anno 1643. ex off. Elzev. in 12mo. *Meſpurgi Fridericus Barbaroſſa Svenonem & Canutum de corona Daniæ contendentes conjunxit. Qui cum arbitrum cauſſæ ſuæ Fridericum delegiſſent, ſic is litem diremit, ut Suenoni regnum, Canuto autem partem regni adjudicaret.* Rex Angliæ Henricus II. Judex erat factus inter Reges Caſtiliæ & Navarræ. Rebelles Baronum Angliæ diſceptationem controverſiarũ cum Henrico III. Rege Angliæ ad Regem Franciæ & Parlamentum Pariſienſe detulerunt. Carolus IV. Imperator factus erat Arbiter inter Anglorum & Gallorum Reges. Non ſequitur hinc; E. ſibi Dominos conſtituunt, qui per amicitiam, finem controverſiarum deſiderant. Vide L. II. Tertium genus ſcriptorum, qui conjecturali ratiocinio probant Danos eſſe Germanos, repræſentare videtur Rupertus in ſynopſin Beſoldi. Verba ejus hæc ſunt: *Cimbri & Teuthones reverà Germani, quia ſunt à Scythis, & Scythæ loqvuntur Germanicè &c.* Adfert Busbequium *epiſt. 4. legat. Turc. 257. qui dicitur, cùm ſæpius accepiſſet Scythas, qui Tauricam Cherſoneſum incolunt, ſermone, moribus, ore, deniq; ipſo & corporis habitu Germanos referre, duos autẽ ad prandium invitaſſe, alterum*

Ruper-
tus ex-
plicatur.

proceriorem toto ore ingenuam quandam simplicitatem præ se tulisse, alterum breviorem & compactiori corpore de lingva gentis interrogatum multa germanica reddidisse. *Vocabula ista*, quæ Busbequius recenset, quod si ad lucem examinaverimus magis illa reperiemus esse Danica, quàm Germanica, ut Hus, domus, *Danis* dicitur Huus / *Germanis* Haus / Broe, panis, *Dani* legunt Brod / *Germani* verò Brodt. Hoef, caput, *Dani* scribunt Hoffved / sed pronuntiant ut Hoed / *Germani* Kopff. Oeghene, oculi, *Dani* Oygene / *Germani* Augen. Wiingaardt, vinea, *Dani* Wiingaard / *Germani* Weingarten. Salt sal, *Dani* Salt / *Germani* Saltz. Citantur & ibidem antiqua vocabula, quæ ad hodiernum Danorum idiotismum translata, frequenti cum Anglis, Germanis, Gallis, Hispanis aliisq; commercio negotiorum corruptum, sapiunt veterum Danorum & Cimbrorum Dialectum, ut Sune *Sol*, Munen *luna*, Handa *manus*, Boghe *arcus*, Mieren *formica*, Waghen *currus*, singen *canere*, Criten *flere*, Ring *gyrus*; huc facit lusus vel cantus quidam Bacchanaliorum apud Gothos frequentissimus, qui teste Strelow. *Chron. Goth. p.* 162. ita:

Rupertus explicatur.

Ridt i Ring / ridt i Ring
Waldemar med varum Luff/
Och lad din Hest hier springe omkring
Med varum Luff oc Møydum.

Hinc Josaphat Barbarus nobilis Venetus, citante Grotio de Gotia, *qui in Regionibus Mæotidis vixit & Gothos ipsos à semet dici & terram vocari Gothiam perhibet. Is Capitaneatus Gothiæ dicitur in publicis monumentis Tabularii Genuensis, teste Petro Baptista Burgo. Eorundem Gothorum illustris jam ante octo secula mentio*

est

est apud Walefridum Strabonem hominem &c. qui ita, *in tract. de Eccles. rebus. Si a. quæritur qua occasione ad nos vestigia hæc Græcitatis advenerint &c. & eis pro causis multa nostros, quæ priùs non noverat, utilia didicisse, præcipueq; à Gothis, qui & Guttoni, cum eo tempore, quo ad fidem Christi, licèt non recto itinere perducti sunt, in Græcorum provinciis commorantes &c.* Procopius *l. 4. hist. Goth.* meminit duorum castellorum quorum alterum Scanda dicitur, vel quasi Scandia vel quasi Danicè Schanse vel Skande ut sc. hosti in opprobrium & contumeliam esset, alterum quasi Sarapanis quod Danicè vulneratum frontem significat. Hæc Castella refert Procopius fuisse Lazorum, qui non ineptè possunt dici quasi Lasser/ i. e. statura magnâ & corpulentâ, cùm Getas ibi fuisse certissimum sit. Confer C. III. Tit. IV. Quibus ita dictis, perspicuè constabit, ex collatione tam vocabulorum Scytharum & Danorum, quàm Josophatis & Ruperti, hæc talis, qualis affertur, illatio: propter quod unumquodq; est tale, illud magis est tale. Nec conciliare aliter possum hæsitantem Rupertum, qui apertè ita: *Atq; ex hac Scythia, officina gentium effusa nationum agmina, quæ Patriam nostram impleuerunt, semper existimavi, neq; rationem nunc habeo, cur eam sententiam rejiciam. Cum enim Alanos, Almanos, Suedos, Suobenos, Chatos &c. apud Ptolomæum l. 6. Geogr. c. 14. & 15. reperiamus in descriptione Scythiæ, nonne antiquam Patriam simul intelligimus.* Sufficiat.

TIT. II.

Quòd Cimbri non sint à Cambris Anglorum, nec à Cambria, nec à Gigantibus Palæstinis.

Istam opinionem propugnat Bisciol. hor. success. t. 2. l. 14. c. 24.

l. 14. c. 24. Materiam sumit à Plinio *l. 14. c. 13.* ubi veteres Britanni Cimbri dicti sunt. Sed locus mendosus est, ideoq; non admittit responsionem. Convenientius ex Plin. *nat. hist. l. 4. c. 16.* duci poterat argumentum, quod impræsentiarum remittam ad Lib. III. de dominio maris, ubi & Seldenum illustrare proposui. Cambros à Cimbris duxisse originem, placet Anglis teste Brietio part. 2. l. 3. c. 2. Geogr. Quod non majorem admittit admirationem, quam si ipsi Angli dixerint (uti Cambdenus, Beda, Spelmannus) Anglos esse à Cimbris. Vide supra C. I. Tit. 2. Hoc mihi de Cambris cognitum est, illos naturâ fida nostrorum Cimbrorum pectora gerere, imprimis ubi semel amicum habuerint, quem nullibi læsum patientur. Præterea adeò sunt naturâ generosi, ut se aliquantulæ sortis & sangvine & antiquitate supremos dijudicent. De his (uti plerumq; fit in nobilioribus, quando præter imagines omnia obscura sunt) varia apud Anglos feruntur joco seria. Cæteroquin de origine nominis Cambrici reservatur Mss. in Biblioth. Westmonasteriensi Auctore Genebrardo Cambrensi, Archidiacono Menev. quod ita: *Brutus ab Ænea mediantibus Avo Ascanio & Principe Sylvio descendens & Trojanorum reliquias, qui in Græcia detenti fuerant, in occiduam hanc insulam ducens, cum annis jam non paucis feliciter regnâsset, in externo articulo positus terram filiis divisit, Locrino meditullium, Albano Albaniam, & medio Cambro Cambriam.* De hoc Philippus Briet.. *part. 2. l. 3. c. 2. Cambriam aliter vocabant olim eam Scriptores rerum Britannicarum à Cambro quodam Bruti filio. Et id quidem fabulosum, sed falsum etiam quod Cimbris hoc nomen deductum esse volunt. Cum autem imperium hujus insulæ sibi vindi-*

Virtus Cambrorum.

caſ-

eassent & infelices Britannos in partem occiduam insulæ compegissent, eos appellavere Vvalik, hoc est, lingva Saxonicâ Exteros. *Nisi malis eos nuncupasse Gallos, quoniam eos à Gallis oriundos putabant, quoniam videbant illis esse lingvâ consonos.* Sed mirum videtur, quare statuatur à Brietio falsum esse, quod ipsimet Angli asserunt, sc. Cambricum nomen esse à Cimbrico, cùm non sine prævalente ratione aliunde originem derivari ab ipsis comperimus, qui æmuli sunt gloriæ alicujus. Cambros potiùs à Cimbris, quàm ab ullis esse, evincit nominum similitudo, animorum conformitas, propagationis modus, (confer Bedam *supra*) Antiquitatis utriusq; Nationis collatio & lingvarum convenientia, quarum altera alteri magis respondet, quàm Gallorum, quorum si ulla intervenit, factum credimus tempore Wilhelmi Conquisitoris; *alii legunt Conquestoris*; cujus tempore lingva Gallica antiquam indolem mutare inceperat, magis magisq; in idiotismum vergens, quem hodie obtinet, Gallicum: quod passim è collatione fœderum Regum Franciæ colligere licet. Statuimus itaq; *majori veritate* pro Anglorum & Danorum Scriptoribus, *quàm* Brietius *falsitate*, verisimilius esse, Cambros à Cimbris, quàm Wallenses à Gallis originem traxisse. Et cur quæso magis absonum foret Cambros ad Cimbros, quàm tot aliarum florentissimarum nationum originem, imò & ipsorum Burgundionum ad Matrem illam communem Scandinaviam secundum quamplurimorum testimonia retulisse. Quod spectat istud nomen *Vvalik*: vix credo esse Saxonicum, nisi obsoletum & Germanis vix cognitum, pro quo *Wandelen* in usu est & apud Scriptores quosdam invenio *Wallen*. Reineccius in appendice 1 *de gent. Germ. & Henet. appellat*: Brietius ref.

Nec

Nec discernam ab his Cimmeriis Cimbros celebratissimos è Romanæ historiæ Scriptoribus. Qua de re præclarè Plutarchus *in Mario* & Strabo *l. 7. Cæterum ubi jam Cimmerii seu Gomeri posteri tanquam in partes gentesq; distinctas discessêre & segregari una cum coloniis & sedibus & nominibus cœpere, tum de eo eventu tum de migrationum studio duo item maximè generalia nomina sibi adscivere. Hinc ipsis duo nomina Wallen i. e. Celtæ & Heneti.* Magis itaq; placet τὸ *Vvalik* idem cum Anglico *Walk* i. e. ambulare, *To walke together* ambulare simul, alii pronuntiant *l*, alii non, ut in verbo *would*. Dani etiã vocem τὸ Walche agnoscunt & idem ipsis est, quod nectere & redigere. Atq; hôc responsô liberavim⁹ Anglos, qui Cambricum nomen à Cimbris, & Saxonem Bedam, aliosq;, qui Anglos ab Angul volunt: prorsus ut nulla eorum sit sententia, qui Cimbros vel à Cambro Cambrorum Patre vel à Cambria filia Belini Rege Britanniæ, quæ desponsata erat Principi Germaniæ Antenori, provenisse contendunt, maximè cum τὸ nomen Cimmericum seu Cimbricum diutius fuisse receptum, è superioribus satis perspiciatur. Hæc hactenus.

Illustratur Arnsgrimus.

Majoris momenti sunt, quæ Arnsgrimus Episcopus Islandiæ de *Islandicæ gentis primordiis c. 4.* exponit. *Ut ergo, inquit, quinam & unde primi orbis Arctoi incolæ fuerint, tum quando orbem nostrum incolere cœperint &c. sine ambagibus me expediam, censeo primos Arctoi Orbis incolas ex gigantum fuisse numero, imo meros gigantes, homines monticolas immani, interdumq; monstroso corpore, monstrosisq; viribus, eosq; Cananæorum posteros & reliquias ex agro Palæstino à Josua & Calebo divinis auspiciis in Palæstinam moventibus circa A. M. 2500. hancq; orbis plagam ad ea usq; tempora aut forsan diutius*

pror

prorsus inhabitatam mansisse. Comprobat hanc sententiam sequentium suffragiis, primùm Gilb. Genebrardi, *qui Chron. l. 1. ita. Prima ætas videtur transacta intra mundi mediterranea, nec verò ad fines Asiæ, Africæ & Europæ pervenisse:* & porrò *Chron. l. 1 p. 35. Josva Cananæos partim depulit partim interfecit. Horum reliquiæ traduntur migrasse in Germaniam, Slavoniam, & regiones vicinas. Citat Seder Olam. &c.* & Bodinum adfert, qui vult *Mosen universi mundi historiā scripsisse ad Annum mundi* 2450. 2. Fidit bonus ille vir Bodino *Meth. hist. c. 9.* Cananæi ex Agro Palæstino ab Ebræis ejecti in Illyrium & Pannoniam migrarunt, ut R. David Kimchi ad finem Abdiæ testatur. Et certè illâ ætate totum Occidentem fuisse vacuum, paulatim verò in ejus regiones venisse Orientales populos apparet ex crebris infusionibus. 3. Adducit Procopium l. 4. de bello Vandalico. *Hebræi postquam ex Ægypto reverterunt atq; in Palæstinæ finibus constiterunt, Moses, qui eos in itinere ducebat, moritur, cui Jesus Nave filius successit, qui in Palæstinam populum introduxit. Tunc igitur universa Regio maritima à Sidone usq; in Ægypti fines Phœnicia appellata est &c. Hic populi numerosi habitavere Jebusæi, Gergesæi, aliiq; habentes nomina in Ebræis voluminibus memorata. Qui cum inexpugnabilem conspicerent advenarum exercitum patrios fines deserentes, in Ægyptum dehinc in Africam penetravere, ubi civitates quam plurimas habitantes, omnem eum tractum usq;* ad *Herculis columnas tenuerunt &c. ubi duæ ex lapide albo columnæ, in quibus Phœnicum linguâ literæ incisæ sunt ejusmodi:*

Nos sumus Cananæi, quos fugavit Jesus latro.

Hæc sunt monumēta illorum, ad quorū singula paucis.

Quod si Genebrardus per τὸ ætatem longum illud vitæ spatium, sive illud fuerit vel Noachi vel Mathusalemi vel aliorum Patriarcharum, intellectum voluerit, sententiam planè negamus idq; fundamento S. Scripturæ Gen. XI. v. VIII. & inde dispersit eos Dominus *super faciem in universas terras vel in faciem cunctarum Regionum*. Nec minor argumentationis efficacia sumitur supputatione Spiritus S Gen. XI. v. 10. 12. 14. 16. quæ ubi collata fuerit cum *Gen. XI. v.* 8. indicabit, nonnihil ultra 101. annos requiri ad curriculum cohabitationis Principum primorũ. Ad quod ipse facit, qui dicit infra, occidentem ferè vacuam fuisse. Ubi notatur particulam fere, totalẽ privationẽ tollere; & insignire, Occidentalem mundi partem equidem inhabitatam fuisse, sed non eâ frequentiâ seu copiâ, qua Oriens circumspiciebatur. Quod Bodino placet, nil infert pro infringenda nostra sententia, cum Mosis scopus sit, divino afflatu palam tractare Articulum Creationis tàm Creaturarum quàm rerum, quò Ethnici & Barbari cognoscerent, quâ ignorantiâ ducti se αὐτόχθονες fingebant; qui è Terra & Aqua, è dentibus & Diis progenitos insinuabant. Ideo quàm anxiè usq; ad caput undecimum inclusivè tractat, quomodo & à quo homines non solùm creati sed & propagati sint: postea historiam Judaicam aggreditur, tanquam exemplum è quo perspicere licebat tanquam in speculo Deum, ut populum Hebræum eduxerit & ad certa loca deduxerit: sic nec aliis gentibus defuturum, quin cogitationes & itinera horum in nominis sui gloriã dirigeret. Citat Arnsgrimus Procopium, sed Grotianam editionem Amstelodam. cIↄ Iↄc LV. revolvi, quæ pro illo:

Nos sumus Cananæi, quos fugavit Jesus latro,

legit:

legit:

Nos illi sumus, qui prædonem effugimus Jesum Navæ filium.

Sed hoc de Cananæis dixisse mihi placet, qui nullus dubito, quin Cananæi in diversas terrarum partes disseminati fuerint, nequaquam tamen adductus ut credã, illos primos extitisse, qui Daniam incolere cœperunt. Ad illud Augustinus in exposit. inchoatæ epistolæ ad Romanos: *Interrogati Rustici nostri circa Hipponem & Carthaginem, qui sint, punicè respondebant, Canani.* Euseb. l. 1. *In Africæ Tripolim colonias deduxisse scribit illos ipsos Cananæos, quos Israelitæ fugaverunt.* Quod itaq; Arnsgrimus refert, Cananæos primos Danorum incolas extitisse, intelligendum est de primitate frequentiæ, *si ita dicere liceat*, seu relationis Grammaticæ: ita ut hæc immigratio cum primis vel inter primas fuerit veluti præcipua, quæ Arctoum orbem occupaverant, à sequentibus distincta. Sic τὸ primum apud Cic. *pro Rosc. Amer. de Natura Deorum, de Invent. de Orat. & ad Attic. In hanc sententiam* τὸ πρῶτον *interpretatur Apollon. l. 3.*

Ἰαπετιονίδης ἀγαθὸν τέκε Δευκαλίωνα
Ὃς πρῶτος ποίησε πόλεις, καὶ ἐδήματο ναοὺς
Ἀθανάτοις πρῶτος δὲ καὶ ἀνθρώπων βασίλευσεν.

Confer Platonem l. 3. de Rep. & in Timæo item Eusebii Chron. & multa diluvia quæ sub Ogyge, Deucalione aliisq; memorantur. Talia verba vocant Scholastici verba media, quæ non tàm κατὰ τὸ ῥητὸν, quàm κατὰ τὴν διάνοιαν explicanda sunt. Quẽ interpretandi modum Cyrillus contra Jul. l. 4. observat, qui ita: κατὰ τὸν κοινὸν

ἀπὸ τούτων καὶ καθ' ἡμᾶς λόγον, ἀντὶ τοῦ ὕψους, δέχεσθαι τὸ εἰς οὐρανόν. Nec aliter possum conciliare Arnsgrimum qui ita, ut supra & postea his verbis in Crymog. Hamburgi 1609. p. 43. *Tempus igitur, quò Europa hæc ulterior habitari cœpta sit, non ad annum M. 2500. astringimus, sed motum illum, quo Gentes, & in his Gigantes Cananæi, locis ac sedibus ejectæ sunt & novas etiam in Europa sedes quærere coactæ sunt, fuisse vacuum, paulatim verò in Ejus Regiones venisse Orientales populos apparet ex crebris infusionibus.* Confer cap. quod sequitur V. Tit. 1. 2. Concludimus itaq; eòdem modò pro Danis, quò Wil. Schikard. pro Germanis *in Tarich prooemii p. 3.*. Id verò minus etiam concoquere possum, quod Aben-Ezra, celebris alioquin Rabinus, & mihimet magni habitus, nos Germanos ab hoc Canaano deducere conatur, velut fugitiuos, utiq; non ferendâ nostræ gentis injuriâ; in suis Comm. ad penult. vers. Obad. שמענו מפי גדולים כי ארץ אלמנייא הם הכנענים שברחו מפני בני ישראל בבואם להארץ גם ככה צרפת היא פנרסיה ותרגם יונתן בן עוזיאל ספרד אספניא׃ *audivimus ex ore magnatum, quòd (veteres) Alemanni sint Chananæi, qui fugerunt à facie filiorum Israel, eas terras occupantium, sic etiam Zarpath in hoc textu est Francia (occidentalem intelligit, sive Galliam) & Ionathas Vzielides interpretatur Sepharad Hispaniam.*

Refellitur Aben-Ezra.

CAPUT III.

De variis Cimbrorum seu Danorum appellationibus.

TIT. I.

Quod Cimbri dicti sint Gomorrhitæ.

Diximus diversas extitisse heic in Dania Nationum infusiones, diversasq; Danorum excursiones, restat

jam

jam ὀνοματολογίας istas, quæ diversimodè solent consequi mutationes, explicemus. Hoc enim si præterirem, sub ipsa rerum magnitudine obscurum fieret quid uni, quid alteri, quid tertio competeret: nec concilianda viderentur, quæ hodie sub variis magistratibus, Regionibus & legibus comprehenduntur. Ratio itaq;, cur tantæ nominum frequentiæ hæc Borealium natio exposita fuerit, præter fundamentum in re, caussam in hominum placitis agnoscit. Huic enim Borealium Nationi diversæ gentes diversa nomina imposuerunt, idq; secundum placita singularum, vel à climatis & tractuum observatione, vel à Principe, vel à situ, vel à facto, vel ab eventu, vel à conjecturis. Accedit etiam quod ea antiquis non fuerit literarum sufficientia, quæ hodie uti apud nosmetipsos observare licet tempore Ulphilæ Gothorum Episcopi, qui literas Gothorum secundum *Wormium*, *Zwingerum* & *Vossium* dicitur auxisse. Archilochus, qui vixit Olymp. 29. *Sunt ergo nunc Characteres ab Homero forma elegantiori. Nam primi barbariem quandam vetustam & non Phœniceam ferebant, quia nil Phœnicum habent, sed Galatarum & Mæonum figuras &c.* Præter hæc etiam observandum est, delectum literarum apud quamplurimos extitisse, adeoq; harum quasdã pronũtiare nec potuisse nec voluisse, interdum verò confudisse. Constabit illud, quando basin columnæ rostratæ aspexerimus, quæ C. Duilio posita est bellô punicô primô; quo lapide nil antiquius videtur & visitur in Capitolio Romæ: ubi C pro G legitur, Macistratus pro Magistratus. E pro I cepet pro cepit vel cœpit, & Navebos pro Navibus, Lipsius *in monum. It.* Causam hujus confusionis seu μεταθέσεως animadverto ab usu venire Græcarum lite-

Causa confusionis literarum apud Italos.

 rarum

rarum apud Italos recepto, quod Cæsar *de bello Gall. l.* 6. *neq; fas esse existimant sc. Druydes ea literis mandare, quũ in reliquis fere rebus publicis privatisq; rationibus Græcis literis utuntur.* Hinc & suô modô LXX. Interpretes & Joan. Zon. *ut infra* dicetur, legunt Γάμερ: Textus autem Hebræus Gomer &c. De cætero reperitur genus quoddam Scriptorum, qui pro corroboranda sua libidine voces corrumpunt. Qua calliditate Mahumetani habentur, qui omnem transscriptionis aliunde suspicionem declinantes historiis sacris vel ἀνιστορησίας vel parachronismi vel anachronismi vel denique corruptionis aut permutationis tenebras offuderunt, ut θανάσιμον μελίκρατον minutioribus faciliùs instillarent & ideo in Alcorano hæc nomina scopo suo inservientia accommodarunt. Veluti pro Abel Kabel: pro Gog & Magog Jagog & Mahog, Surata 11. p. 166. Quibus ita dictis, nullam subit admirationem quòd hi Boreales tot nomina sortiti sint. Quin itaq; Gomorrhiticum nomen primum ipsis competens fuerit, nemo dubitat cùm in Cimbrica Chersoneso, confer supra C. I. Tit. V. tùm in Galatia maxime, unde Josephus *l.* 1. *Antiqu.* τοὺς μὲν νῦν ὑφ' Ἑλλήνων γαλάτας καλουμένους, Γομάρεις δὲ λεγομένους, Γομαρὸς ἔκτισε. Joannes Zon. Ann. T. I. Γομάρεις μὲν ἀπὸ Γάμερ. Tamdiu in Phrygia, cujus pars erat Galatia, apud stirpem hanc Gomorrhitarum nomen mansit intactum, quamdiu sollicita cæterorum fratrum investigatio in sedibus & victu quærendis piè & justè occupata fuit. Deinde, postquam Nimbrod inceperat venatu suo speciem immanitatis præbere, & Ninus rudes ad resistendum populos agitaverat, loca peregrina

grina & longinqua ambiendo Just. l. 1. ipsæ rerum & temporum vicissitudines assumpserunt sibi alia nomina, ut qui Gomorrhitæ dicti erant, jam Scythæ, jam Cimmerii appellati sint. Scythicum nomen antiquissimum fuisse & ab Assyriis ad nos translatum, ipsa rerum historia tradit, nec prætermittit τὸ Cimmericum tempore Græcorum magis frequentatum & ab his ad Romanos pervenisse.

Tit. II.

De Scythico nomine.

Originem Scytharum statuit Herodotus à Scytha Herculis filio, quod magis relatione quàm ipsa veritate dictum autumo. Ubi enim contulero sententias de antiquitate Scytharum cum temporibus Herculis, reperio Scythas celeberrimo illo Hercule antiquiores extitisse. Et cùm clarissimi viri assentiantur Epiphanio, verba ejus adversus hær. l, 1. t. 1. recitabo. Σκυθισμὸς γὰρ ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ ἄρχι τοῦ πύργου καὶ τοῦ Σερούχ, ἀπὸ δὲ τοῦ Σερούχ ἕως τοῦ Ἀβραὰμ καὶ δεῦρο Ἑλληνισμός. Isiod Chron. 2. ætat. *Sub Seruch Scytharum Regnum exortum est, ubi primus regnavit Tanaus.* Jacobus *de Brev. ex Euseb. quatuor Regna uno fere tempore exacta, Assyriorum ab ortu, Sicyniorum ab occasu, Scytharum ab Aquilone, Ægyptiorum à meridie.* Joh. Damasc. *lib. de hæres. quatuor genera sectarum, Barbarismus ad decimum ortum Noe, ubi quilibet suo instituto vigebat. Scythismus à Noe ad confusionem Babylonis &c.* Hoc Isidori incidit in eandem æram cum Cimbris nostris sub Serucho. Consule supra C. 1. *Tit.* 2. de modo adventus Cimbrorum. De Hercule Amphitryonide Diod. Halicarnass. l. 2. de Antiquit. Confer Xenoph *de dictis & factis Socratis*

l. 2. In-

l. 2. Invenio apud Auctores diversos fuisse Hercules, &, si Scythis unus quoq; extiterit Hercules, non ineptè alludo, qui Herculem eorũ formabo à Danico Herre & Kylle/ ut sensus sit eum fuisse Dominum, qui clavam ferebat Herren med Kyllen/ quam vocis necessitatem nulla alia lingva tam propriè exponit, quàm Cimbrorum. Quò pertinet illud tralatitium, *clavam Herculi extorquere*: quod Macrobius *l.* 3. *Saturnal. inter tria impossibilia recenset*, & vi vocis æquè de Scythico Hercule dici potest, quàm de ullo alio. Atq; hæc etiam inservire possunt probaturis Danos seu Cimbros dictos fuisse Scythas: quod asserunt sequentium testimonia. *Scythæ iidem sunt qui Cimmerii* Greg. Niceph. l. 2. hist. Rom. Herod. in Thalia. *Regio, quam Scythæ* (tempore Herodoti, qui vixit. Olymp. LXXXVII.) *incolunt, olim fuit Cimmeriorum.* Confer quæ infra Tit. III. Quòd Dani sint dicti Cimmerii. Salmasius comment. de lingva Hellenist. c. 11. p. 269. *Hoc nomen* Σκύθης *variè à Græcis enuntiatum est & multas* μεταπλάσεις *incurrit. Nam* Σκύθης Γέτης *&* Γοτθὸς *idem est: item* Δᾶοι, Δᾶαι, Δᾶται, Δᾶκοι *& postremò Dani.* Anastasius Sinaita. Σκυθίαν δὲ εἰώθασι καλεῖν οἱ παλαιοὶ τὸ κλίμα ἅπαν βόῤῥειον, ἔνθα εἰσιν οἱ Γότθοι καὶ Δάνεις. Procopius l. 4. Goth. hist. *Ipsam Mæotiden & os ejus, quod dixi, ultra ipsum statim littus Gothi, quos Tetraxitas dictos memoravi, antiquitus obtinebant. Longius Gothorum gens, quæ propriè sic dicitur Visigothiq; & Wandali & cæteri Gothicæ originis populi habitabant, quos vetustiora secula Scythas vocabant.* Hujus nomenclaturæ diversa est ratio. Alii dicunt hoc Scythicum nomen Occidentalibus seu Septentrionalibus, veluti Æthiopicum Orientali-

talibus, fuisse communissimum : Quam viam Strabo ingreditur, dum ita: Φημὶ γὰρ κατὰ τὴν τῶν ἀρχαίων Ἑλλήνων δόξαν, ὥσπερ τὰ πρὸς Βορρέαν μέρη τὰ γνώριμα ἑνὶ ὀνόματι Σκύθας ἐκάλουν ἢ Νομάδας, ὡς Ὅμηρος. ὕστερον δὲ καὶ τῶν καὶ πρὸς ἑσπέραν γνωσθέντων, Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ συμμίκτως Κελτίβηρες καὶ Κελτοσκύθαι προσηγορεύοντο, ὑφ᾽ ἓν ὄνομα τῶν καθέκαστα ἐθνῶν ταττομένων διὰ τὴν ἄγνοιαν. Joh. Damasc. *Orth. fidei l.* 2. *c.* 9. *Scythas* ait κατ᾽ ἀπαρχὴν *esse.* Epiphanius *adversus hær. l.* 1. *t.* 1. Ἀπὸ δὲ τοῦ κλίματος τοῦ πρὸς Εὐρώπην εἰς Ἀσίαν κεκληκότες ἐπονημάσθησαν πάντες κατὰ τὴν τοῦ χρόνου ἐπίκλησιν Σκύθαι. Huc faciunt ii, qui longissima Scythiæ descriptione nervos sententiarum ducunt : veluti Jornandes de Reb. Get. c. 5. *Hæc, inquam, Patria, sc. Scythia, longè se tendens, lateq; aperiens, habet ab oriente Seres, in ipso sui principio ad littus Caspii maris commanentes; ab Occidente Germanos, & flumen Vistulæ, ab Arctoo, id est, Septentrionali, circumdatus Oceano, à meridie Perside, Albania, Hiberia atq; extremo Alveo Histri &c.* Nonnulli sunt, qui Scythas, Scythas esse volunt, quòd jaculandi arte excellebant. Sic Stephanus ex Xylind. Σκύθας ἀπὸ τοῦ σκύζεσθαι, ὀργιλώτατοι γάρ. Pollux Scythas vocat τοξότας. Dionysius Afer.

Ὅς τε λιπὼν ἠμωδὲν ὄρος, μέγα κασπίδα βάλλει,
Τὸν μετ᾽ ἐπὶ προχοῇσιν Ἰαξάρταο νέμονται
Τόξα σάκαι φορέοντες, ἃ μὴ κέν τις ἄλλος ἔλεγχοι
Τοξευτής, οὐ γὰρ σφι θέμις ἀνεμώλια βάλλειν.

Nos, inquit Ortelius, *in Lex. hos Scythas dicimus ex Scania peninsula à schietten quod significat jaculari.* Et adhuc — Dani jaculandi arte insignes.

adhuc in Scania populus est in Gyngeherret accuratâ jaculandi arte præpollens. Hanc Ortelii sententiam comprobat familiaritas ista, quæ Cimbris Cimbricæ Chersonesi cum Scythis intercedebat non tam participatione primæ originis (cùm Joseph. l. 1. Antiqu. adferat Scytas esse à Magogo) quàm mutuæ amicitiæ vel transmigrando è Ponto Euxino ad Pontum Septentrionalis Oceani, vel transferendo auxilia contra Sesostrem vel potiùs secundum Jornandem & Diodorum, Sesosin vel Σεσόωσιν, Regem Ægyptiorum, qui primus Scythis bellum intulit. Just. *l.* 1. *hist.* Et hunc Regem statuit Iornandes *c.6. de reb. Geticis*, (postquam capite 4. monstraverat Gothos è Scanzia progressos fuisse) a *Taunase*, (quem Iustinus nominando Tanaum ad Danum vel Danaum quendam non ineptè dici potest alludere) profligatum esse. Hinc Auctores Getis tribuunt, quod Scythis convenit, & contra: eandemq; rerum gestarum notationem esse volunt, quæ à diversis circa idem gestæ sunt. Iust. l. 1 Sesostrini arma contra Scythas cepisse, sed Valerius Flaccus l. 5. ea contra Getas data asserit

— — — ut prima Sesostris
Intulerit Rex bella Getis, ut clade suorum
Territus

Priscus Walamirem, qui Gothorum Rex fuit, Scytharum Regem appellat, & Gainam Gothum facit Theodoretus esse Scytham. *Eunapius*, teste Grotio *procem. de Gotia, Scythas vocat, quos Ammianus Gothos facit.* Confer Titulos sequentes. Suidas fœderatorum nomine appellatos ait τοὺς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν, quos Gothos fuisse ex Procopio aliisq; innotescit.

Tit.

Tit. III.

De Cimmerico nomine.

Dictos Cimbros nostros fuisse Cimmerios testantur Eruditorum antiquissima secula. Plutarchus *in Mario*, ἔνθεν οὖν τὴν ἔφοδον εἶναι τῶν βαρβάρων τούτων ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, Κιμμερίων μὲν ἐξ ἀρχῆς, τότε δὲ Κίμβρων, οὐκ ἀπὸ τρόπου προσαγορευομένων. E Possidonio Strabo l. 7. *Geogr.* καὶ οὐ καλῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῶν περὶ τὴν Μαιώτιν ποιήσαντο στρατείαν, ἀπ᾽ ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη βόσφορος, οἷον Κιμμερικός, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους; ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων. Grego. Niceph. l. 1. hist. Cimbri sunt Cimmerii & dicti Cimbri Scythæ. Steph. in voce Ἄβροι, βαρύνεται δὲ ὡς Κίμβροι, οὓς τινες φασὶ Κιμμερίους. Diod. Siculus l. 5. Ἀγριωτάτων δὲ ὄντων τῶν ὑπὸ τὰς Ἄρκτους κατοικούντων &c. διὰ δὲ βεβαιουμένης τῆς τούτων ἀλκῆς καὶ ἀγριότητος φασί τινες ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τοὺς τὴν Ἀσίαν ἅπασαν καταδραμόντας, ὀνομαζομένους δὲ Κιμμερίους, τούτους εἶναι βραχὺ τοῦ χρόνου τὴν λέξιν φθείραντος ἐν τῇ τῶν καλουμένων Κίμβρων προσηγορίᾳ. Thuanus *hist.* 22. *ultra Albis æstuarii Septentrionē versus inter Britannicum & Germanicum mare longus terræ tractus excurrit, peninsulæ specie, qui in longitudine duodecim dierum itinere, in latitudine sex dierum porrigitur. In eo Cimbri gestis cum Romanis periculosâ aleâ bellis celebres sedem habuêre, cum Cimmeriis, qui à Græcis dicuntur iidem, eandemq; originem referentes &c.* Naucler. *Volum.* 2. *gen.* 27. Quis nescit Cimbros Germanam gentem Græcorum Latinorumq; literis celebratam, qui, ut Strabo

Ab Autoritate.

bo poſt Poſſidonium memorat, ante urbem conditam evagati uſq; ad paludes Mæotidis ſuæ virtutis monumentum Cimmericum Boſphorum reliquêre, nam Græci Cimbros vocant Cimmerios. Ex his conſtat qui Græcis Cimmerii dicti erant, Romanis Cimbri habiti ſint, Cimbroſque & Cimmerios tàm Cimbricæ quàm Tauricæ Cherſoneſorum ejusdem eſſe originis. Strabo

A loco.

l. 7. His accedit quod bina loca in Dania reperiantur idem nomen repræſentantia, quorum alterum eſt *Cimmerſlöff* in Selandia Danorũm, & *Cimmerſyſſel* in Jutia Lyſcander: item Cimmershafn, qui locus aliàs dici- Cimbrishafn. Idem Lyſcander *Antiq. Dan. ſerm. 3tio. Hæc urbs ſc. Viburgum parens Cimbriæ eſt, & fama ad nos peruenit ante tempora Danica & deinde per annos plus minus 600. Cimmerbergam dictam eſſe, donec Heros Vegeletius Cimmeriorum, Getarum, Dacorumq́ Monarcha poſt inteſtinas Regum Cimmeriorum diſcordias incenſam oppreſſamq́ reſtituit, ditavit & ex ſe Vibergam adpellavit.* Hæc eſt Auctoritas Auctorum fide digniſſimorum, quam noſtræ ſententiæ in patrocinium adduximus. Et quamvis à Chriſtophero Heidmanno *in manuduct. ad Geogr. Vet. c. 5. n.* 96. per Strabonem dari poſſet occaſio hanc materiam latiùs extendendi, ſtatuente Cimmerios à Cimbris Cimbricæ Cherſoneſi eſſe, præſtabit ἐπέχειν, quàm ea afferre quæ malitioſis non ſtatim ad oculos & ſenſus obvia ſcavillandi anſam prębere poſſunt. Rationes itaq; aggrediar, quare noſtri

Heidmannus vult Cimmerios à Cimbris eſſe.

Cimbri ſeu Dani Cimmerii dicti ſunt. Et hæ diverſimodè poſſunt exponi: Prima & optima erit Phœnicum, qui ſecundum Bochartum derivant Cimmerios à כמר quod eſt nigreſcere, unde כמריר Kimrir eſt tenebrarum atror Iob. III. v. 5. Terreant cum יום כמרירי tenebræ denſiſ-

Quare Dani dicti Cimmerii.

ſimæ

ſimæ. Thren. V. v. 10. Varias ſententias de nomine Cimmerico recenſet Euſtathius παρεκβ. εἰς Ὀδυσσ. λ. quas videre licet p. 1671. Sed inter illas illam prævalere verè exiſtimo, quæ de Cimmeriis Oceani refertur ab antiquiſſimis. Verba Euſtath. hæc ſunt : εἰσὶ δὲ οἱ καὶ Εὐρωπαῖον ἔθνος ἐπέκεινα Ἰταλίας, ἔχον ὑπόγαιον ὡς τὰ πολλὰ ζωὴν, τοὺς κιμμερίους ἱστόρησαν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ αὐτοὺς, ἐνόησαν λέγεσθαι ὑπὸ γῆς εἶναι καὶ ᾅδην, καὶ ζωὴν ἔχειν ἡλίῳ ἀνεπισκόπητον &c. τὰ δὲ παλαιὰ σχόλια, φασὶ καὶ ὅτι ἔθνος περιοικοῦν τὸν ὠκεανὸν οἱ Κιμμέριοι. Ex his antiquiſſimis Scholiis rectiùs applicatur Cimmerici nominis appellatio ad Cimmerios Oceani, quàm ad ullos alios. Cùm enim Phœnices Patrum ſuorum memoriâ & relatione orbem terrarum eſſe habitabilem percepiſſent, conſequentiâ Mathematica dijudicarunt iſtos, qui Septentrionis plagā inhabitabant, in locis tenebricoſis verſari. Quibus congruit verbum צפן i. e. Septentrio, Plaga mundi Septentrionalis, quaſi abdita terra, à rad. צפן abſcondit, recondidit, repoſuit, nempe, à Sole ſecundum Buxtorph. qui ad eam non accedit (ſc. per verticalem virtutem, ſed indirectam & obliquam) unde R. Bechai ſcribit. Deut. 3. נקרא צפון על שם שהשמש צפון ומתעלם עם *Vocatur Tzaphon quia Sol abditus & abſconditus eſt illic* .Huc facit Euſta. παρεκβ. εἰς ὀδ. λ. p. 1671. ἠέρι καὶ νεφέλῃ κεκαλυμμένοι. τοῦτο δὲ κατὰ τὸν γεωγράφον, αἰνίττεται ζοφῶδες εἶναι τὸ κλίμα τὸ κατὰ τοὺς Κιμμερίους χώρας. οὐ ἐνδεικτικὸν φησὶ καὶ τὸ, οὐδὲ ποτ᾽ αὐτοὺς ἠέλιος φαέθων ἐφορᾷ. ἔχουσι μὲν γὰρ ἥλιον, εἰ καὶ μὴ οἱ τοῦ μύθου, ἀλλὰ γοῦν οἱ τῆς ἱστορίας Κιμμέριοι, ὑφ᾽ ἥλιον ὄντες, ὅτι καὶ ὑπὲρ γῆς· οὐ μὴν φαέθοντα ὅ ἐστι

De Septentrione.

φαεινὸν αὐτοῖς ἐπιλάμποντα &c. Hæc & id genus alia contrahit in pauca idem Scholiastes in indice suo, ubi ita: Κιμμέριοι ἔθνος, ὅτι τοῖς πρὸς τῷ ᾅδῃ ἑσπερίοις τόποις παροικεῖν ὑφ' Ὁμήρου πλάττονται, τῇ δὲ ἀληθείᾳ ἔθνος εἰσὶ σκυθικὸν ἑξάμηνον ἔχον νύκτα &c. Conf. Plut. in Mario, qui ad hoc appositè τό τε πλεῖστον αὐτῶν, καὶ μαχιμώτατον ἐπ' ἐσχάτοις οἰκοῦν παρὰ τὴν ἔξω θάλασσαν, ὥσπερ δή φασι γῆν μὲν νέμεσθαι, σύσκιον καὶ ὑλώδη καὶ δυσήλιον πάντῃ διὰ βάθος καὶ πυκνότητα δρυμῶν, οὓς μέχρι τῶν Ἑρκυνίων εἴσω διήκειν: οὐρανοῦ δὲ εἰληχέναι καθ' ὃ δοκεῖ μεταλαμβάνων ὁ πόλος ἔξαρμα διὰ τὴν ἔγκλισιν τῶν παραλλήλων ὀλίγον ἀπολείπειν τοῦ κατὰ κορυφὴν ἱσταμένου πρὸς τὴν οἴκησιν. αἱ δὲ ἡμέραι βραχύτητι καὶ μήκει πρὸς τὰς νύκτας, ἴσαι κατανέμεσθαι τὸν χρόνον δι' ὃ καὶ τὴν εὐπορίαν τοῦ μυθεύματος Ὁμήρῳ γενέσθαι πρὸς τὴν νέκυιαν. ἔνθεν οὖν τὴν ἔφοδον εἶναι τῶν βαρβάρων τούτων ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, Κιμμερίων μὲν ἐξ ἀρχῆς, τότε δὲ Κίμβρων οὐκ ἀπὸ τρόπου προσαγορευομένων. Macrob. *l.* 2. *in Somn. Scip. c.* 7. *Sol semper retrocedendo nunquam fines poli Septentrionalis attingit, & ideo nunquam per hunc cardinem radius Solis infunditur.* Hinc liquet, quâ ratione Borealia habitacula tanquam tenebricosa descripta sunt Veteribus, uti Melæ l. 3. c. 6. quia noctes per hyemem obscuræ, uti Solino c. 12. quia brumali solstitio nulla dies vel ortus junctus occasui. Homero Od. 4. v. 25. πρὸς ζόφον ad caliginem, idem est quod πρὸς ἄρκτον ad septentrionem, *uti more suo docte ex Strabone l.* 1. *&* 10. *observavit* Bochartus *de Phœn.* Tale est quod Arabes mare Septentrionale appellant tenebricosum. Geogr. Nubiens. *clim.* 7. *part.* 1. Ampliùs hanc materiam exaggerat doctis-

ſimus Bochartus, qui referendô vim vocis τοῦ Thulis congruenter nobis hæc reliquit. *Thule* טולי *quod planè Phœnicium eſt. Teth expreſſo per Theta, ut in alphabeto Cadmi.* טולי *Syris propriè umbræ ſunt. Hinc* טולי רמשא *Thule ramſa umbræ veſpertinæ Jer.* 6. 4. *In Chald. paraphraſte. Nec ſolum in regimine, ſed & in ſtatu abſoluto legas, ut cum Talmudici dicunt in Tractatu Peſach* חמשה טולי קשי הוו *Quinq; umbræ ſunt malæ, umbræ palmæ ſolitariæ, umbra capparis &c. Hinc tranſlatâ ſignificatione pro tenebris ſumitur* טולי *Thule. Sic* טולי מותא *umbræ mortis Eſ. IV. v.* 32. *In paraphraſi i. e. tenebræ lethales & Job. III. v.* 5. חשוכא וטולי מותא *tenebræ & umbræ mortis ponuntur ut Synonyma. Itaq; Phœnicibus* גנירת טולי *Thule erat inſula tenebrarum.* His videtur Arnsgrimus contrariari, qui dicit Iſlandiam nec dici Thulen, nec ante A. Ch. 874. cognitam fuiſſe, ſed conciliatur ratione nominis, quòd tunc nomen Iſlandiæ impoſitum erat huic inſulæ. Cognitam fuiſſe probat Procopius qui A. Ch. 527. de Thule *in Goth. hiſt. l.* 3. ita: Eſt Thule ingens inſula, ut decuplô Britanniam vincat, diſtans ab ea longo intervallo in Septentrionem, magna pars inſulæ inculta ſquallet. qua habitatur in tredecim nationes diviſa, eſt & ſuus unicuiq; Rex. Dionyſius Afer.

Πολλὴν δὲ προτέρωσε ταμὼν ὁδὸν ὠκεανοῖο,
Νῆσον κεν Θούλην εὐεργεῖ νηῒ περήσαις.
Ἔνθα μὲν ἠελίοιο βεβηκότος ἐς πόλον Ἄρχθων
Ἦμαθ' ὁμοῦ καὶ νύκτας ἀειφανὲς ἐκκέχυται πῦρ.

Bochartus citat Antonium Diogenem Antiquiſſimum Auctorem, qui, teſte Photio Cod. 166. non ita diu poſt Alexandri tempora vivens conſcripſit οἱ ὑπὲρ Θούλην λό-

γους

De Thule. Arnsgr. limitatur.

γους κδ, ibiq; profitetur se descripsisse ex Cyparissinis Tyri effossis, cùm urbs capta ab Alexandro esset, è Mantiniæ & Dercyllidis tumulis, qui è Tyro profecti, post varios errores tandem in Thulem migrârunt, & ibi aliquandiu hæserunt. Huic sententiæ objici poterat, alia terrarum loca per Thulen posse explicari, sed ingenuè fateor aptius quod à Scriptoribus traditur posse dici de alio nullo, quàm de Islandia. Claudianus ita:

Islandia dicitur Thule.

---- ---- ---- *tibi serviat ultima Thule*

VixitClaudianus tempore Arcadii, ideoq; per τὸ ultimũ καταχρηστικῶς intelligere etiam potuit Islandiam, siquidem Oceanus auspiciis Augusti teste Plinio *hist. natur. l. 2. c. 67.* erat navigatus. Statius ita:

Quanquam etsi gelidas irem mansurus ad Arctos
Vel super Hesperiæ vada caligantia Thulis.

Sunt, qui per Hesperiam Thulen intelligunt Hispaniam, sed cùm in Hispania nusquam tantâ caligine vada reperiantur, quantâ sint Islandica, rectiùs per Thulen Islandiam explico, quàm vel Hispaniam vel Britanniam, uti contra Arabem illum Seldeni alibi *de Majestate Reali*, si Deo visum fuerit, enucleabimus. Confer cœli constitutionem, à Dionysio Afro in versibus supra positis observatam, quæ neq; ulli nationi tàm exactè competit ac Borealium Islandis vel Grönlandis. Confer & Eustath. in indice super Homerum. Vide supra quæ ab eodem in hoc titulo attulimus. Hæc pro temporebrevissimè. Aliam Suidas refert Antiquitatem. Θοῦλις οὗτος ἐβασίλευσε πάσης Αἰγύπτου καὶ ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ μίαν τῶν ἐν αὐτῷ νήσων ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀνόματος ἐκάλεσε Θούλην. Monstrosum hoc videtur Bocharto *l. 1. c. 40. de Phœn. cùm neq; Rex Ægyptiorum ullus legatur hujus nominis*

in

in Ægypti Regum Catalogis, quos habet ex Manethone, Herodoto, Diodoro, & Africano, neq; quisquam Imperii fines ad Gades protulerit. Cui hæc dubia regerere licet, multos equidem Reges regnare solitos, quos Chronologis & Historicis vel propter immanitatem vel propter Antiquitatem præterire perplacuit, deinde: nomina Insulæ vel Regionibus dari potuisse, licet nullum in iis dominium agnitum sit. Sed de hoc satis. ad institutum. Videmus itaq; quinam verè sint, qui Cimmerico nomine appellabantur sc. Cimbri Cimbricæ Chersonesi. Hoc etiam statuunt Græci (confer quæ statim ab initio hujus tituli citavimus) partim relationibus, partim Mathematicis ratiociniis, quorum felicitatem sub primis rerum exordiis dum omnimodè perfectam non possidebant, utiq; neque ullam Vetustatis cognitionem (quod Soloni arrogans ille Sacerdos Ægyptius objiciebat, teste Platone *in Timæo*, ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν. Ἀκούσας οὖν πῶς τί τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστὲ (εἰπεῖν) τὰς ψυχὰς πάντες, οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν, παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν) unde, hôc datô, terram esse rotundam, quidam finxerunt iis ad inferos migrandum, qui tenebricosa loca peterent. Ad hoc Strabo *l. 3. Geogr.* qui causam exponit, quare Cimmerii dicuntur apud inferos collocati, quia ultima Septentrionis loca inhabitabant. Paucis mentem declaravimus de sententia doctorum virorum circa Cimmerios Tauricæ Chersonesi, quorum si valet sc. *Cimmericum Bosphorum à Cimmeriis Tauricæ Chersonesi nomen habere*, procedet omnino Cimmerios rectiùs de Cimbricæ Chersonesi, quàm de Tauricæ, esse

intelligendos. Plura aliô tempore. Illud notandum eſt, quod de Cumanorum Cimmeriis (Vide Neandr. *in Ital. deſcript.*) dicitur, nihil allatæ Auctoritati de Cimbrorum ſive Cimmeriorum appellatione detrahere, cùm longè ante, quàm Cumanorum Avernus, ſecundum cœli conſtitutionem naturâ non obſcuri erant, licet perſonâ ignoti: quod tamen non ita multo poſt conſecutum eſt, teſte Strabone *l. 7. Geogr.* qui ita: καὶ οὐ καλῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι, καὶ μέχρι τῆς περὶ Μαιῶτιν ποιήσαντο στρατείαν, ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη Βόσφορος, οἷον Κιμμερικὸς. Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων Ἑλλήνων. Atq; ita breviſſimè expoſuimus mentem de Cimmerici nominis origine ſimul & vocis ſignificatione, unde Cimmeriæ tenebræ apud Auctores invaluit pro *nigro, obſcuro*, quemadmodū apud Ciceronē aliosq; habemus. Clemens Alexandr. in admonit. ad Græcos, οὐδεὶς Κιμμέριος ἐν λόγῳ· σπεύσωμεν εἰς σωτηρίαν. Plato *de ſuperſt.* Κιμμερίους δ' οὐδεὶς εἶπεν ἀσεβεῖς, ὅτι τὸν ἥλιον, οὐδὲ εἶναι τὸ παράπαν νομίζουσι. Hæc de Phœnicibus. Aliam vocis ſignificationem *à notatione* apud Perſas *uſitata* afferre poſſem, qui Cimme-

De ſignificatione vocis Cimmer. apud Perſas.

ricum nomen quaſi ſervile poterant interpretari: quo ſenſu עימראה exponitur à R. Salom. *Deut. XXI. v.* 14. itē Deut. XXIV. 7. teſte Buxt. ſed cum ignota mihi ſint monumenta, quæ hoc expreſsè vel conſequentiâ ſufficienti talia applicant, traditam à Phœnibus ſententiam veluti omnium primam amplectar. Si immorarer inſtituto, faveret equidem ſervilis hæc vocabuli alluſio rerum circumſtantiis, cùm Cimmerii à Scythis ejecti fuerint: Herod. *in Thalia*, unde ſuſcepti, forte munera

nera

nera servilia apud Persas obierunt. Polybius l. 4. asserit Ponti regiones ϗ τὸ εἰς τὰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος. Sed hæc doctioribus.

Tit IV.

Quòd Cimbri qui DANI dicti sint Getæ.

Exposuimus supra Cap. III. Tit. II. Cimbros seu Danos nostros Scythis in auxilium venisse. Sine dubio est aliquandiu quievisse populum Cimbricum, & quotidie maximum confluxũ usq; advenisse, ut demũ, multiplicatô numerô, ducente quolibet quot & quales placebat uxores, maxima pars subinde coacta sit angustatum prolificandi aërem relinquere. Quocirca tractum illum Tauricæ Chersonesi occupare præsumebant, ibidemq; mutuam vitæ rationem inire. Admissi sunt, minitante bello, tantò propensiùs, quantò major conjectura erat apud Cimmerios & Scythas, fratres & socios suos non tam diu, neq; tam procul, sine amica & prolifica felicitatis aura abesse potuisse & velle, quantoq; majorem & formositatem & corporum proceritatem ex humoris alimento Plin. *hist. nat. l. 2. c.* 78. in illis observabant, qui è Cimbrica Chersoneso & tractu boreali provenerant. Qui hac ratione coacti sedes mutare volebant, scilicet vel victum quærendi vel terras alias inhabitandi gratiâ, genus quoddam Cimbrorum vagabundum erant, dum sine lege, sine jussu, sine fine ad proprium naturæ dictamen vagabantur: congestæ indomitorum caprorum multitudinis instar. Et hoc convenit nervositati lingvæ Danicæ Hand gaar som en vild Geed vel secundum dialectum istius temporis som en Geth. Quod intenditur idiomate Anglorum per vocem together, To komme to-

 gether

gether, goe together, meengel together. convenire, simul ire, in unum miscere. Et hoc Anglicanum veterem Gothorum & Cimbrorum antiquitatem sapit. *Unde Arnsgrimus in hist. Isl. ex Antiq. hist.* Gunnlaug *Ormst. Has autem literas non ad Norvegiam astringo aut Islandicam, sed ad lingvam quæ nunc Norwegica, nunc Danica dicta est, seu ipsam antiquam Gothiam, quæ etiam id temporis credo totum orbem Arctoum & populos vicinos itemq; Angliam, Scotiã, Irlandiam compositã. Nam de Anglia disertè scriptum habemus, eam lingvâ Norwegicâ ad Wilhelmi Nothi tempora usam &c.* Dictâ itaq; sententiâ intelligendi sunt Auctores, qui Cimbros, veluti Romanos Sallust. *in Catil.* prædones ac vagos esse statuunt. Andreas Tiraquellus *in Gen. dierum*, Alexand. ab Alexandr. *l.* 4. 13. excusant *Cimbros, nec latrones aliam ob causam nominari Scaligero, quàm, quòd gentes de earum nomine ita appellarunt.* Is. Pontanus ita: *Quòd Festus affirmet Cimbros Gallis Latrones dictos, idem est: ac si dixisset viros militares, bellatores. Ita apud Nonium Gracchus, qui apud Regem in latrocinio fuisti & stipendia acceptâsti. Itaq; non in totum admittendus est Scaliger, cùm dicit: Cimbri* λησειχοὶ καὶ πλάνητες *fuerunt, sed non magis Cimber Latronem quàm Isaurus Piratam, Ambro dissolutum ac voracem, Opicius obscœnum, sed quia tales fuerunt eæ nationes de earum nomine vocamus, qui tales sunt.* Felic. Fabr. *hist. Svev. l.* 1. *edente Gold. c.* 9. *Nec magis latrones Cimbros vocent, quàm Itali contumeliam Theutonico illaturi, Theodisco Briago appellent.* Idcirco, qui è Cimbrica Chersoneso advenerant, prægrandi & recommendabili erant staturâ, unde factum ut non ab hoc solùm sed & ab experimento virtutis robu-

XLVII

bustissimæ dicti sint Getæ i. e. Jetter / quod Gigantes significat. Henricus Spelmannus *in Archæol. Guthi sunt, qui Gotthi & Goti, quibusdam Jutæ, Romanis Getæ, Anglosaxonibus Geatun à prisco vocabulo Jæt, quod significat gigantem.* Aventinus *l.* 1. *Bojor. Cimbrorum partes sunt Dani, Scandia, Selandia, Scandinavia, ubi Nordevici & Normanni, Sviones, Svesii & Svedi, Fenni, Gothi. Ab his sinus Godanicus nomen habet, Græci Getas, Latini Dacos vocare solent.* Salmasius *comment. de lingva Hellen. c.* 11. *p.* 369. *Hoc nomen* Σκύτης *variè à Græcis enuntiatum est & multas* μεταπλάσεις *incurrit. Nam* Σκύτης, Γέτης & Γότθος *idem.* Procop. *de Vandal. l.* 1. *Gothicæ nationes multiplices & olim fuere & nunc sunt, maximæ harum & nobilissimæ sunt Gothi proprium nomen ex tota gente adepti, Vandali, Wisigothi & Gepidæ, quos vetustas Sauromatos & Melanchlænos vocabat. Sunt & qui Getas eos dixère. Neq; alio ulli, præterquam nomine, differunt, candidi corpore, omnes comas rutuli, proceri, pulchra facie, leges eædem nec Dei cultus discrepat Arii placita cunctis sequentibus. lingva una Gothica quæ dicitur.* Heic referendi sunt, qui Getas & Gothos confundunt idemq; esse existimant. Isid. *Chron. Spania Geticæ gentis fæcunditas*: Claudianus

Hic Cimbros, fortesq; Getas Stelicone peremptos.

Et hæc sententia videtur Grotio *proleg. de Got.* nusquam non defendenda, qui illam stricte urget auctoritate. Vopisci, Læti, Ausonii, Hieronymi, Claudiani &c. Quibus alia addo sub *tit.* 5. *sequenti & C. IV. tit.* 3. ubi satis, si testimoniis quid concedendum sit, omnia dubia extricantur, etiam illud quod doctos movere solet ratione Geticæ sedis & habitaculi. Nam præva- Occupatio.

 lente

lente auctoritate veterum doctorumq; Scriptorum non possunt adduci ut credant, Getas, qui adhæserunt lateribus Danubii aliunde advenisse quàm è Scythia vel Thracia. Dion. l. 51. *Daci ex utraq; parte Danubii habitant, quorum qui citra id flumen sunt, Triballinorum vicini, Mysorum more vivunt, ac Mysi ab omnibus, qui easdem regiones inhabitabant, appellabantur.* Οἱ τε ἐπέκεινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε δὲ Θρᾷκες τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες. *Nam antiquitus Mysi ac Getæ omnem tractum, qui Æmum ac Istrum interjacet, incoluerunt, progressu temporis alia quædam nomina accepere, Mysiæq; nomine omnis ea Regio, quam Savus in Istrum incidens supra Dalmatiam, Macedoniam Thraciamq; à Pannonia dirimit, vocari cœpit &c.* Xiphil. *Epit. Dion. sub Domit.* Δάκους δὲ αὐτοὺς προσαγορεύω, ὥσπερ που καὶ αὐτοὶ ἑαυτοὺς καὶ οἱ Ῥωμαῖοι σφᾶς ὀνομάζουσιν, οὐκ ἀγνοῶν, ὅτι Ἑλλήνων τινές Γέτας αὐτοὺς λέγουσιν, εἴτ᾽ ὀρθῶς, εἴτε καὶ μὴ λέγοντες. ἐγὼ γὰρ οἶδα Γέτας τοὺς ὑπὲρ τοῦ Αἵμου παρὰ τὸν Ἴστρον οἰκοῦντας. Ab his & aliis concluditur, illos Getas extitisse & appellatos fuisse qui ista loca incoluerunt. Quod in quæstionem vocare nunquam animus erit, cùm non agatur de sede Getarum, sed de origine, utrum ab aliis potiùs, quàm à Borealibus DANORUM hoc nomen sortiti sint. Et placet posterius idq; ob sequentes rationes. Prætermittam, quæ suggerit allegatus ille Dion. l. 51. *ut supra*, & illud Clitarchi heic magnæ fidei futurum mihi existimabo, qui teste Strab. l. 7. Geogr. vetustissimas Cimbrorum expeditiones seu excursiones describit his verbis, ὅτι Κίμβροι λῃστρικοὶ ὄντες μέχρι τῆς περὶ Μαιῶτιν ποιήσαιντο στρατείαν.

Ἰεῖαν· ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη βόσφορος &c. Quin itaque per Getas intelligendi sint Cimbri aliiq; Borealium DANORUM nemo diffitebitur. Evincit illud adducti testimonii auctoritas & expressa vocis significatio; quam nulla lingva tum convenienter personis, tempori & loco unde venerant, enuntiat, ac Danica: quæ Getas quasi Jetter exponit, id est, Gigantes. Vide supra citatum Spelman. Fuisse in DANIA & sub Arctoa plaga maximam Gigantum copiam nemo non fatetur. Et ne quis Physicis rationibus addictus vim argumenti denegaturus sit, probabimus Gigantes fuisse Gen. VI. 1. Sam. XVII. Deut. III. Baruch. III. August. *de Civit. Dei.* l. XV. c. XIX. Plin. hist. nat. l. 7. c. 16. Quicquid Antiquitas DANIS tribuit personat memorabilibus Gigantum. Alia fuerunt secula, non mollia, aut levia: non timida, aut vecordia: non superba aut avara, agebant quicquid ratio prævidebat utile & præscribebat sine lucro gloriosum. Ipsæ nostræ mulieres Virilem animum gerebant, uti è bello Cimbrico contra Romanos videre licet, & ubi in conviviis & conventibus collectæ erant de gestis virorum gloriari solebant. De DANORUM Gigantibus lege Saxonem *hist. Dan.* huc & illuc. Arnsgrimus *in Crym. l.* 1. c. 4. *Est provincia Norvegiæ seu Finmarchiæ contermina Risland, id est, Gigantum terra, à qua non longè abest Jötam heiman i. e. Gigantum habitudo. unde etiamnum en Jæt dicitur Gigas.* Ocularem demonstrationem præbent incisa saxa passim heic in Arctois erecta, quæ si Lector benivolus uno intuitu aspicere gestierit, sese offerent apud celeberrimum Virum D. Wormium *in monumentis suis Danicis.* Strelovius citat epitaphium in Kreshlingboesogn.

Eiso

Eiso lang og Vcko breed findis Skato mino.

Sex ulnas longus & sex pedes latus erat filius ipsius Schato.

Nec mirum quod tantæ multitudines Gigantum ſub Boreali tractu repertæ ſint, cùm homines ad excipienda pericula & ſuſtinendos labores rigida cœli temperie reddantur avidiſſimi & robuſtiſſimi. Præter hæc non ſolùm Gigantes dicebantur, qui excelſis corporibus erant, ſed & quos Cyrillus l. 2. *Glaphyr.* θυρασώτας nominat. De Gigantibus hæc Baſil. *com. in Eſa. c.* 3. Γίγαντα καὶ ἰσχύοντα καὶ ἄνθρωπον πολεμιστὴν καὶ δικαστὴν, τοὺς ἔχοντάς τινα ἐκ φύσεως προτερήματα, καὶ κατὰ τὴν σύγκρισιν τῆς σαρκὸς πολλῷ διαφέροντας εἰς ἀνάληψιν ἐπιστήμης, ἢ εἰς ἄσκησιν ἀρετῆς τούτους ἡγούμεθα λέγεσθαι γίγαντας.

TIT. V.

Quòd Cimbri ſeu DANI ſint Gothi.

E Cimbris noſtros Gothos eſſe verè & originaliter ſi è fundemento demonſtrarem, mihi non integrum volumen ſufficeret. Paucis expediam, ut Lector ἀπαθὴς cognoſcat nos cum ipſo jure & fundamento veritatis loqui. Innoteſcet veritas partim è Tit. IV. ſc. quod Cimbri ſint Getæ. partim è ſequentibus. Wormius de *literat. Runica* p. 24. *Prima Gothici Regni rudimenta Gothorumq; originem ſi ſpectes, eam nullibi reperies præterquam in iis Regionibus, quæ Danicæ Juriſdictioni jam ſunt ſubjectæ, Geticum enim Regnum initio quidem exile, progreſſu verò temporis &c.* Gothus in Chron. Goth. p. 6. *Secundum antiquiſſimos annates inventa eſt A. M.* 2264. aff Tielvar den Anden ſom var den vndbeirinde oc Nafnkundige Guthi Søn/ ſom var den ſiette

Høff-

Høffding oc Dommere hos Cimbrene oc Jutterne / en mectig Regentere udi Siælland oc Smaalandene / en vitberømte oc lyckerig Herre / fick Skaane oc alle omliggende Lands Orter tilsammen / slet neder til Syndre oc Østre Strandside &c. p. 9. Her aff berømmer Gutherne sig at være kommen aff den beste Blomme / ædeligste oc ypperligste Slecht udi gandske Danmarck / haffver der fore icke været underlig / at deris Efterkommere haffver bedrefvet store mectige Gierninger oc driffter offver den gandske Verden. Edda p. 7. Og thad heiter nu Jutland/er da war kallad Reidgotaland: Jutas fuisse Guthos dictos, liquet è diplomate Waldemari I. quod Christianus Frisius Cancellarius Regius videndū concesserat Wormio, uti hic idem fatetur in fastis suis *Lib.* 1 *Nollem hoc annotare*, inquit Spelmannus *in Archæol. &c. Guthi seu Jutæ unus erant è tribus populis protegenis, sicut Beda refert, cujus vetus interpres Saxonicus pro Jutis vertit Geatun, id est Getas. Inde illud in LL. Edv. Confessoris, c.* 35. *titulo de his qui cohabitare debent in Britan. Guthi similiter cum veniunt, suscipi debent & protegi in Regno isto sicut conjurati fratres, sicut propinqui, & proprii cives regni hujus.* Cambdenus *in Brit. sua.* The Jutæ who has that name as many think (*dubitat*) from the Gutes Getes or Gothes, for in a manuscript we read Geatun, did for certain inhabited the upper part of Cimbrica Chersoneso. Confer Rodericum Toletanum, cui multùm tribuit Joannes Magnus. Polydorum Virgilium *de invent. rerum l.* 1. *c.* 3. *de historiis Anglorum*, l. 5. Isidorum. l. 14. c. 4. Agathiam, Lazium de *migratione gentium.* Sigismundum Lib. Bar. *Comment. Muscovit. p.* 114. Roder. Sanct. *hist. hispan.* c. 9. Anastasium

Lex DANIÆ utilissima.

um Sinaitam, Pandulphum Neapolit. *in hist.* Petrum Claudii *in hist.* Bechmannum *de Orig.* Ortelium *in Lexico.* Ptolemæus *l. 2. Geogr. ita:* καλεῖται δὲ ἰδίως καὶ αὐτὴ σκάνδεια, καὶ κατέχουσιν αὐτῆς τὰ μὲν δυτικὰ, χαιδεινοί· τὰ δ' ἀνατολικὰ Φανῶναι καὶ Φιραῖσοι. τὰ δὲ μεσημβρινὰ, γοῦται καὶ Δαυκίωνες. τὰ δὲ μέσα, λευῶνοι. Hic legit Gutas, qui idem quod Jutæ verissima literarum G & J εὐμεταβολίᾳ. Hinc Grotius in *proleg.* p. 10. *Ad scriptorum testimonia rerum documenta accedunt, nam qui nunc Juttæ vocantur, Gioti sunt mediæ ætatis Scriptoribus ut Elvardo Anglo à Gothis deducta, ut origine sic & voce, nam posterioribus Danis id est usitatum, G literam in J consonam inflectere, unde & illam Scanziæ Gothicam Jytland ipsi vocant, & partes ejus Ooster Jytland, Wester Jytland: & amnis in Juttia est Gudden Aa, id est, Gothorum flumen, qui ex Juttia in Angliam venêre in Annalibus Anglicanis Petroburgensibus Geatuni dicuntur & alibi Jotuni.* Quibus ita consideratis, efficacius est evincere Gothos nomen à Jutis seu Jutarum Iudice *Guthi*, sortitos; uti supra dictum est, quàm immediatè esse à Magogo, uti Josephus l. 1. Antiquit. Super hoc ita Hieronymus in 11. Ezech. ad Eust. qui statuit *Suæ ætatis haud ignobilem ad Imperatorem scripsisse Gogum Gothum esse, sed non meum est hoc disserere, sed eorum, qui hoc putant.* Stephanus *de Urbibus.* Γότθοι ἔθνος πάλαι οἰκῆσαν ἐντὸς τῆς Μαιώτιδος. ὕστερον δὲ εἰς τὴν ἐντὸς Θρᾴκης μετανέστησαν ὡς εἴρηταί μοι ἐν τοῖς Βυζαντιακοῖς. μέμνηταί τούτων ὁ Φακαεὺς Παρθένιος. Tot sunt diversitates sententiarum de origine Gothorum, quas alibi, si Deo visum fuerit, in concordiã redigere allaboravimus. Sunt alii, qui ratione

tione loci argumantur ita, auctoritate Jorn. *de reb. Get.* c 4. *Gothi sunt egressi è Scanzia, Ergo Gothi non sunt à Danis, sed à Scandinaviis.* Ad quod respondeo nomine Scandiæ non intelligendos esse terminos, quibus hodie circumscribitur Scandia, vulgò Skaane / sed plures olim extitisse Scandias, quod Ptolomæus l. 2. Geogr. ita, ἀπὸ ἀνατολῶν δὲ τῆς χερσονέσου τέσσαρες αἱ καλούμεναι Σκανδίαι. Τρεῖς μὲν μικραὶ. Porro. sit, Scandiarum partes cessisse, nunquam tamen cedere jure gentium Regalia compertmus, quæ non sunt hommageres de la vicissitude du temps, uti Gallus ille loquitur, quamdiu Regia Majestas, Regiusq; Titulus supersit: cujus jura è præscriptionis tempore & occasione æstimantur. Confer Erasmum Stellam de *Antiquit. Boruss.* qvi citat *l.* 1. *Gordianum Gothum scribentem Gothos ex Scandinavia in continentem descendisse*: unde quæritur, quænam terra continens Scandiæ sit, quam Antiquitas tradit Gothos armis occupasse præter quæ Danicæ fuit Jurisdictionis. Confer Jornandem (magnæ fidei apud Casaubonum *in Strabon.* Joseph. Scaligerum *in Euseb.* Dionysium Petavium *p.* 1. *c.* 8. Bochartum *in Phaleg.* Olaum Wormium *de literat Run.* Vulcan. Brugens. *in notis super Jornandem.* Stephanum Stephanium *in notis super* Saxonem. Hugonem Grot. *de Got. &c.*) *qui omni affectu vacuus, uti de se ipse loquitur de Rebus Get. c.* 60. *hæc appositè l.* 2. *c.* 3. *de reb. Get. Pares eorum sunt Univoloth, Suetidi & Cogeni in hac gente reliquis corpore eminentiores, quamvis & Dani ex ipsorum stirpe progressi, Erulos propriis sedibus expulerint, qui inter omnes Scanziæ nationes nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum.* Ptol. *in descript. Scanz. hanc insu-*

REGALIA nunquá moriuntur nisi cum Persona.

ſulam nomine Scanziam refert in Oceano Arctoo Salo in modũ folii Cedrini panſam per longum ductum, quã Pomponius Mela ſtatuit *in ſinu Codanico eſſe.* Plinius *l.4. hiſt. nat.c.13. Sævo ibi mons, nec Riphæis jugis minor, immanẽ ad Cimbrorum uſq; promontorium efficit ſinum, qui Codanus vocatur: refertus inſulis, quarum clariſſima Scandinavia. Ex hac,* inquit Abbas Usbergenſis, *Dani, Daci, Heruli, Rugi, Trucilingii, Vandali qui & Longobardi & hi qui poſtea Burgundiones dicti ſunt, & aliæ multæ barbaræ nationes exierunt.* De Gothico Regno Olaus Petri Paſtor Stokholmenſis *in præfat. MSS. ſui* quod in biblioth. Haun. ſervatur: *Regnum quod hodie Suetia vocatur olim quinq; Regna fuiſſe &c. & luce meridiana clarius eſt Gothos proprium ſibi habuiſſe Regem & veriſimile videtur, horum Regnum ad ſinum Codanicum ſe extendiſſe, & Hallandiam ſub ſe comprehendiſſe, quæ ſecundum normam legum noſtrarum pertinet ad Suetiam, quamvis nonnunquam Regi Daniæ, nonnunquam Suetiæ victa ſit: & hoc modo bina hæc Regna Suetia & Gotia ſubinde uni paruerunt Domino & unum Regnum crearunt: quî factum Regni Suecici Principes titulum Sueonum & Gothorum obtineant, quamvis ante* 300 *Annos Reges Suetiæ ſoliti ſint appellare ſe Reges Suetiæ & non Gotiæ, uti liquet ex literis Waldemari &c.* Tantum à ſententiis Eruditorum. Quod concernit tranſactiones, non patiar me iis recenſendis multùm detineri, ſuffecerit modò ex eodem Auctore Sueco & MSS. alio in Acad. Haunienſ. quod ſe vocat kurtze Chronica der Könige im Schweden vom Christi unsers Herrn Geburts biß auff Jahr 1512. item ex Meurſio p. 6. l. 26. hiſtor. Dan. & Saxone. Frotho Rex Daniæ adjuvit Gieſteblind Regem Gotiæ contra Alricum Regem Sue-

Suetiæ, missô Ericô Duce, qui, occisô Alricô, Rex Suetiæ & Gotiæ, est factus beneficio Frothonis Regis DANIÆ, de quo Saxo hâc sententiâ: Rex Gotiæ Giestéblind se totumq; Regnum Frothoni in clientelam obtulit, ut se contra Alricum Regem Sueciæ defenderet, qui hostis advenerat. Frotho misit Ducem Ericum, qui filium Alrici Gunde interfecit. Alricus duello ab Erico interemptus est. Ericus Sueciam, Verneland, Helsingeland, & Soloren ditioni Daniæ subjecit. Has Regiones concessit Frotho Duci suo Erico & Helsinge, binas Laplandias Finlandiam & Estlandiam in annuum tributum infeudavit. Unde talis facti jurisq; illatio jure transactionis C. l. 2. *de transact.* tit. 4. § 8. Confer C. l. 2. *de transact.* tit. 4. § 20. *litem nullam posse esse cum eo, quem in potestate habemus* ff. l. 5. v. 4. *maximè si se coesentientes jurisdictioni alicujus subjecerint* ff. *ib.* § 1. Hinc optimè Bodinus *de Repl.* 1. *Princeps, qui se clientem alterius profitetur, jura suæ Majestatis amittit.* Confer quæ Paulus infert *Pandect. Florent. Liber populus ille est, qui nullius alterius potestati subjectus est, sive is fœderatus est; sive æquo fœdere in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est, ut is populus alterius populi comiter Majestatem conservaret.* Sic Ergo *qui mandatam jurisdictionem suscepit, proprium nihil habet* (præsertim ubi jurisdictio seu potestatis renuntiatio non sit conditionata) *sed & ejus, qui mandat, Jurisdictione utitur* ff. l. 2. *de jurisdict.* t. 1. § 3. 4. *Est receptum eoq; jure utimur, ut si quis Major vel æqualis subjiciat se jurisdictioni, vel imperio alterius possit ei & adversus eum jus dici* ff. l. 2. *de Jur.* t. 1. § 14. Confer Grotii responsionem *de jure Pacis & Belli* ad Quæstionem: An successores obligentur ex fœdere vel com-

compromisso Antecedentium Regum, quod verè affirmat, in quantum fœdera obstringant Successores. Qui ulteriora desiderat, conferat se ad tempora Hotheri, qui Geticum Regnum Cimmerico adjunxit; ad Halarici Hylletand, qui è Datia, Getia & Cimmeria unum Regnum condidit; item ad quamplurimorum triumphorum insignia, quibus Regiones violentâ belli arreptione abalienatæ justam sedi contestatæ quæstionis habuere revocandi licentiam. Coronidis loco jura pactorum appellet, quæ inferunt, teste Tormio, discretis ex constitutione Suenothoniana Regnis per limites, desiturum pro decreto Halariano, nomen Gothicum amicitiasq; inter Reges constitutas perpetuò duraturas, Regem autem Dacorum, qui olim fuit Cimmeriorum, Getarum & Dacorum ex more antiquo primum Regem & quasi Monarcham Aquilonis futurum, cæteris loco & dignitate priorem. Hoc confirmatum & juratum est certis signaculis & ceremoniis in Daniola, quæ Helsingia appellatur. Quæ supersunt alia coroborantur immortali illa confirmatione trium Coronarum Regibus DANIÆ pleno concessu addicta, subscriptâ, adjuratâ & ratificatâ tẽpore SEMIRAMIDIS nostræ dilectissimæ MARGARETÆ Reginæ DANIÆ, SUECIÆ & NORWEGIÆ: unde inter alia stemmata Coronæ DANICÆ unio trium Coronarum reperitur, item & agnus cum vexillo, quod est Gotiæ insigne, Regio & publico scuto apponi frequentissimum, de quo alibi. Quibus ita expositis, de jure Gothici Tituti satis constare arbitror tàm ratione originis Gothorum, quàm occasione nominis eorum, item ratione *præsumptionis*, victoriarum, renuntiationum & transactionum, quibus REGES DANORUM

REX DANIÆ verus ille Tituli Gothici DOMINUS.

com-

competentem Titulum justo jure modoq; assumpserunt, eaq; fortitudine obtinuerunt, quâ olim Gothi seu Gepidæ, qui, teste Agathia, uti liquet *ab excerptis ad Gothos pertinentibus p.* 532. studio Grotii 1655. Amstelodami, *minimè tolerandum rati sunt, quod Justinianus se Francicum Alemannicum, Gepidicum (vel Gothicum) Langobardicum scriberet, aliarumq; etiam gentium titulis se jactaret, quasi earum omnium debellator ac Dominus.* Tantùm, plura tandem.

Gothi irati, quòd Justinianus dici vellet Gothicus.

Tit. VI.

De nomine Wandalico.

Hoc nomen Regale Regis DANIÆ est, quod in inscriptionibus suis tueri solet ob sequentes rationes. Primò, quòd Wandali originem suam à DANIS habeant, seu populo Arctöo: unde Procopius l. 4. de Goth. *Longiùs Gothorum gens, quæ propriè sic dicitur, Visigothiq; & Wandali & cæteri Gothicæ originis populi habitabant.* Idem *de Wandal. l.* 1. *Gothicæ nationes multiplices & olim fuêre & nunc sunt, maximæ harum & nobilissimæ sunt Gothi, proprium nomen ex tota gente adepti Wandali, Wisigothi & Gepidæ.* Hinc Grotio *proleg.* de Gothia *Wisigothi, qui Narbonensem Galliam tamdiu tenuêre, dicuntur Aimonio esse Wandali.* Joannes Barclajus *Satyr. part.* 4ta. *Et hæ quidem Regiones sunt, ex quibus tantæ gentes, numero suo victoriis celebratæ quodam turbinis æstu toti olim Europæ infusæ sunt. Inde Cimbri, Teuthonesq;, inde Gothi, Wandaliq; prorupêre, per quos Italia, Lybia, Hispania, cùm Galliæ parte afflicta est &c.* Hi Wandali dicuntur *Grotio de Gotia* quasi à Wandelen/hoc est, *vagari.* Datum autē id nomen illis cis Rhenum positis (more jam Romano loquor) à Trans-

à Transrhenanis ante Cæsaris Dictatoris tempora, cùm scilicet ut ipse ait Cæsar, illi his ultro bella inferrent, ac propter hominum multitudinem agrique inopiam trans Rhenum colonias mitterent. Mihi tamen magis placet illa sententia Grotii p. 10. *ex edit. Amstel.* cIↄ Iↄc LV. ubi inquit: *In eadem Jutia pars ultima Wendela Saxoni, Windila aliis, nunc Wendsyssel, Wandalis se insessam probat; unde & mare assitum Wendelæ mare dixit Bremensis.* Hadr. Jun. *in Batavia sua, Wandalos à peregrinando dictos volunt quasi ambulones, à* **Wandelen** / *quod & ambulare & spatia jacere, quos ego potiùs à DANIS populis, unde exierunt colonias quæsituri, nuncupatos dijudico: extant namq; hodie in parte Scandiæ, quæ Norwegia dicitur (Plinio Nerigos appellata haud dubiè, modò integra sit lectio) è regione Cimbricæ Chersonesi Coperdalia, Osterdalia, Ubdal, Nydal, Fosdal, Sundal &c. & id genus plura cùm vici tùm oppida è quibus egressi trajecto freto vix unum miliare lato continentem terram inundarunt.* Hoc Titulo Vandalorum veluti Gothorum stupendo insigniri diversi Principes voluerunt, nonnulli à triumphis, unde Justinianus se Gothicum, Wandalicum appellat in superscriptionibus suis. Alii alia quærunt fundamenta, Rex autem DANIÆ justissimè illum prætendit non solum jure originis sed etiam jure præscriptionis, qui tempore Frothonis, teste Meursio *in hist. Dan.* hunc inter Regalia assumpsit: imo & jure pacti, quo Fridericus II. Imperator Romano-Germanicus Vandalicum Regnum Waldemaro II. Regi DANORUM gloriosissimo renuntiavit, instrumentô bullæ, quod Regnum Anno 1180. Waldemaro I. Moguntini addictum erat. Et hæ reliquæ rationes sunt.

REX DANIÆ verus est Wandalici Tituli DOMINUS.

TIT.

Tit. VII.

De Longobardis.

Prosper Aquitanus è Scandia ducit hujus sortis homines. *Longobardi*, inquit, *ab extremis Germaniæ finibus Oceaniq; protinus littore, Scandiâq; insula magna egressi & novarum sedium avidi Ibone & Ajone Ducibus Vandalos vicerunt*. Paulus Warnefridus Longobardus *de Longobard l.* 1.*c.* 2. & 3. *Pari etiam modo & Winilorũ, hoc est, Longobardorũ gens, quæ postea in Italia feliciter regnavit &c. ab insula, quæ Scandinavia dicitur, adventavit &c. Igitur ea pars, cui sors dederat genitale solũ excedere, exteraq; arva sectari, ordinatis super se duobus ducibus, Ibor & Ajone, qui & Germani erant & juvenili adhuc ætate floridi & cæteris præstantiores ad exquirendas, quas possint incolere terras sedesq; statuere, valedicentes suis simul & Patriæ, iter arripiunt.* Hoc idem Ottho Frisingensis. Pomponius Lætus in *Comp. hist. Narses sollicitavit Longobardos, qui in Pannonia erant, quorum auxilio delendis Gothis usus fuerat, ut Italiam occuparent. Natio fuit Germanica (nomine, non re) quæ ad quærendas sedes ex Cimbrica peninsula profecta erat.* Strelow. in *Chron. Goth.* p. 104.

Ebbe oc Aage de Helde saa froe /
Siden de for Hunger aff Skaane droe /
Da steddis de næst varum guthe Gudland /
Med Gamle ac Vngum / Quinde oc Mand /
Derum Snecker vaare haffvesterdum Stj /
De hundrede Mandum inden verum dj /
De nefnde sig Vinnelænder jack sige kaud /
Efter Ebbe hvilcken kom aff Vendelbo Land /
Dog de varum badum Gødinge Konningum /
Meden Aage var minste Motters Sønnum /

Wir togum til Verge / baaadum sture oc smaa /
At de skullum icke lengar gennum naa /
De badum os allum med quidendum Røst /
Hæd wir willum komme dennum til Trøst /
Wir tockum til Gissel Høffvitzmændenum baadum /
At de skulle icke for møgit raadum /
So duelde de næst oß Maanedum toe /
De warum der weder saa møcket froe /
Wir lodum dennum følgum med Snecker tj /
Oc hundrede Mandum indum werum dj /
Til Rylandum lodum de standum daa /
Jack kand med sandum sigum fraa /
Derum Mactkundum ingen standum mod /
De wundum hæd Landum under derum Foed /
Oc andrum Landum / huilckum der liggum nest /
For Lycken var dennnm allumthidum best /
Der Høffvitzmændenum aff dødum varum quald /
Gaffve de sig icke til lengrum thold /
Men waldum til Konning einum fracke Mand /
Hallgelmunder hand heed / jack sige kand /
De slogum de Longobarder indum derum Land /
Der bleff icke leffvende einum einiste Mand /
Saa ladum de sick Longobardum kallum /
Panonien bestridum de oc med allum /
Oc togum saa indum Wallandum der nest /
Der thimedis dennum Lyckum allumbest /
Hæd jær vel skrefvit / hæd jær vel spurt /
Huad de haffve sidum Mandelickum giort /
Oc mest siden de indum Vallandum kom /
Hæd jær vel kynd allum Verldum om /
Fordj aff dennum leed mangum mand møde /
Til Carl Keyser hin Stora fick lagd deim øde.

Forte quia ex eadẽ familia & gente cũ Longobardis.

Sunt

Sunt qui Longobardos à Gepidis derivant, veluti ConſtantinusPorphyrogeomererImperatorConſtantinopolitanus ex *Theophanis hiſtoria* tranſcripſit: Γήπαιδες ἐξ ὧν ὕστερον διηρέθησαν Λογγοβάρδοι. Salmaſius Γήπαιδες οἱ λεγόμενοι Λογγοβάρδοι. Gallus Scriptor inquit Junius *in Batavia riſum movit, qui Longones & Bardos populos facit Longobardicos, ſed iſtud imperitiæ lingvæ condonandum.*

Refutatur.

Rectiùs autem faciunt, qui Longobardos, quos Suidas Λογγιβάρδους vocat, à Gothis derivant, quod Auctoritas Auguſtiſſimi Imperatoris & Viri eruditiſſimi neq; reprobare videtur, ſi differentiam diviſionis & ortus conſideraverit. Fuiſſe diviſos & Longobardos & Gepidas inter ſe, non ſolùm animorum conjunctione ſed etiam loco, probant ſequentium allegata. Warnefridus l. 1. *de Longob.* c. 27. *At verò*, inquit, *Tato poſt hæc de belli triumpho non diu lætatus eſt. Irruit namq; ſuper eum Wacho filius Germani ſui Zuchilonis, & eum ab hac luce* (editionem Grotianam ſequor) *privavit. Conflixit quoq; adverſus Wachonem Hildechis filius Tatonis, ſed ſuperante Wachone devictus ad Gepidos confugit, ibiq; profugus ad vitæ finem uſq; permanſit. Quamob cauſam Gepidi cum Longobardis ex tunc inimicitias contraxêre.* Proc. l. 4. *hiſt. Goth. Gepidæ ut narratum nobis alibi, cum Longobardis hoſtibus inducias fecerant. Sed non multo poſt, cum quæ controverſa intercedebant nequiſſent componere, viderunt ad arma ſibi redeundum.* Idem Auctor, *aliud diſſidii illorum tempus monſtrat*, *l.* 3. *cum Juſtinianus miſiſſet Longobardis in auxilium contra Gepidas plus decies mille equites. Porrò diviſi quoq; erant tum, cùm Longobardi eſſent in Italiam profecti.* Warnefridus

de Longob. c. 7. l. 2. Tunc Alboin, inquit, sedes proprias hoc est, Pannoniam amicis suis Annuis contribuit, eo scilicet ordine, ut si quo tempore Longobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. Sed an verba hæc ὕστερον διηρέθησαν referenda sint ad hunc in Italiam secessum, an verò ad nomen Longobardicum quod jam adepti erant, cùm antea dicti essent Winuli teste Warnefredo, doctioribus relinquo. Illud constat Gepidas esse à Gothis ortos, unde Iornandes *de reb. Get. c. 17. Gepidæ namq; sine dubio ex Gothorum prosapia ducunt originem,* & Longobardos esse à Gothis & Gepidas post egressum è Scania quievisse demũ in Valachia longè ante adventum Longobardorum ac Winulorum : quod ipsi Gepidæ apud Cæsarem Iustinianum perhibente Procopio *l. 3. hist. Goth.* propugnant, qui ita in oratione per Legatos suos, *Par est imperator, qui societatem petitum veniunt, ii ut ostendant & æqua se postulare & iis quos compellant profutura, atq; in id utrumq; legationis suæ dirigere sermonem. A Longobardis nos injuriâ affici vel inde apparet &c. illud insuper in mentem vobis venire æqvum est, Longobardos recentes esse amicos Romanorum* : *Gepidas jam olim fœderatos & bene cognitos.* Warnefridus c. 1. *de Longob. c. 22. dicit Audoin duxisse Longobardos in Pannoniam* & c. 23. *bellum* Gepidarum *& Longobardorum describit.* Pontanus *in hist. Dan. l. 1. p. 24.* dicit *quosdam esse qui ad æram Christi DLXXXVI. referunt Longobardos, quod veritati contrarium est, cùm Procopius meminerit Longobardorum & ille vixerit sub Justiniano.* Placet ergo Crantzii & Prosperi auctoritates statuentium A. Ch. 384. *Longobardos exire cœpisse & in Rugia ad 484. sedisse domumq; Danubium versus castra mutatos.* Ex his cum grano

salis

ſalis Suaningius in prolegom. ſuis Chron. ſtatuit Peucerum nullam fidem mereri, qui Lib. III. Chron. Carionis, caninâ facundiâ (verba ſunt Auctoris) vocavit fabuloſas ineptorum narrationes, quæ Longobardos ex inſulis Arctöis deducunt.

Tit. VIII.

De Normannis.

Quin præcipuè Danis adſcribendum ſit nomen Normannicum non ſolùm de jure ſitus, ſed de cauſa facti nemo denegabit, niſi affectibus occœcatus libidinem ſuam conſtituerit titulum juris. Quotquot enim fuerint monumenta, qui cauſam rei adſpexerint, Danis hoc ex ſolido concedant idq; eo quod Dani Principes rerum geſtarum extiterunt omnium, quæ ſive in Germania, ſive in Anglia, ſive in Gallia, ubi maximè Normannicum nomen invaleſcere cœperat, acta ſunt. Eginhardus in *vita Caroli M. Normanni qui Dani vocantur.* Albertus Abbas Stadenſis *Dani & cæteri, qui trans Daniam ſunt populi, omnes Normanni vocantur.* Andreas Ducheſnius *in hiſtoria Normannorum ex MSS. in Emmæ Reginæ Anglorum encomio ita*: *Rex Cnuto quinq; Regnorum Danomarchiæ, Angliæ, Britanniæ, Scotiæ, Nordwegiæ Imperator.* Iames Howel p. 8. *in tract. ſuo* The præeminence of Parlement. The third conqueſt was by the Danes & they governed alſo by ſuch general aſſemblies &c. witnes that great & ſo much celebrated Parlement held by that migthy Monarch Canutus, who was King of England, Denmarck, Norweg &

 other

other Regions. 150. Years before the compiling of Charta Magna. Ablav. *de Obs. Lutet.*

Dan villa nocens, Dan verè nomine Dan re
Dan olim nostris damnosa futura carinis
Adjuvit nostros bello pro viribus hostes.

Et porrò *de obsidione Luthet. l.* 1.

Mane quidem surgente Dani surgunt simul acres
Atq; rates subeunt armis, onerant clypeisq;
Transq; natant sequanam, turrim cinguntq; misellam
Multa dabant illi densis certamina telis:
Urbs tremuit litusq; boant lacrymisq; rigantur
Mœnia, rusq; gemit totum pelagusq; remugit.
Aëra circumeunt lapides & spicula mixtim
Et clamant nostri clamantq; Dani simul omnes.
Terra tremit, nostri lugent, lætantur & illi.

Oratio Gallorũ ad DANOS.

Dudo l. 12. *Normannorum Angli*, inquit, *videntes, quod non prævalerent contra Regem Alstemum, sed deficientes affligebantur, venerunt ad Rollonem, flexisq; genibus dixerunt. Dacorum potentissime Rollo &c. Nos Regi Alstemo pacifica & concordare, quia inconsulti contra Regem &c.* Idem porrò *l.* 3. *Determinato tempore &c. venerunt gratia impetrandæ pacis ad Richardum Ducem Magnum illuc Palatini cum Episcopis, eosq; decenter & veneranter recipi scenis juxta mirabilem scenam factis jussit hospitari. Crastina namq; die venientes ante Ducem Richardum intulerunt ei ex parte Francorum munia fidelium famulatuum & orationum dixerunt. Dux inauditæ potestatis sufficientiæq; & virtutis! Optimates totius Franciæ Regni precantur unanimiter flexis humotenus genibus cordis, ut indulgeatis S. S. Ecclesiæ & annulatæ genti. Rex autem nosq; cæteriq; Francorum residui omnisq; Clerus totius Regni omne bonum*

præ-

præsens optant tibi, si sævitiam paganorum compescueris eorumq; pestiferâ incursione Franciam erueris &c. Ipse autem Rex Optimatesq; totius Franciæ Regnum Normannicum Tibi Tuisq; Hæredibus jurando propriis manibus sancient in perpetuum. Richardus *exposita Gallis causa cur Regem Daniæ in auxilium accersire coactus fuerit, domum ascitis Normannis omnibus cœpit blandiri & serenare illos mansuetissimis allocutionibus: O summæ reverentiæ Patres*, inquit, *grandævo mediocriq; atq; juvenili situ mirificè redolentes gratias debeo, referre verò incessanter, quin etiam munera largiri sufficienter, quia Tellurem Vestræ nativitatis pro præjudicio mihi sine re illato deferentes jurgati rixatiq; estis ob amorem meum usq; modò contra exteras gentes. Ipsarum autem gentium Rex Duces & Comites afflicti vestris depopulationibus incessanter & hostiliter requirunt sequestræ pacis spatium dari sibi suppliciter, si libet vobis, consequens est dari, si non oportet, abdicari, decernite requisitæ Rei negotium communi consilio & super hoc respondere rimaminor. Tunc Nortmanni qui & Daci unanimes intulerunt Richardo Duci, dicentes: nequaqnam pax continua neq; intercapedine temporum discreta concedetur, verùm omnis Francia exterminatis aut decisis Principibus vi & potestate tibi acquiretur. heu! heu! quid dicent vel facient cæteri Dacigenæ & Nortwegigenæ, qui præparatis & oneratis Navibus hujus rei juvamine aggredientur nobiscum immani hostilitate. Quid de Harenaibus, quid de Alanis, quid de cæteris quamplurimis gentibus. Propositum vestræ voluntatis, quam nobis aperuistis, non adimplebitur viventibus nobis. Cæterum si libitum est, quam invasimus Franciam vendicabimus tibi, sin verò displicet, sortietur ea nobis* (ita legit

Regnum Normannicum DANIS in hæreditatem perpetuã concedebatur.

Felix cũ Navibus esto DANIA.

forte

fortè cum Plauto in Cas.) *Quocirca elige è duobus quod mavis, aut tibi, aut nobis.* Crantz. l. 4. hist. Goth. *Hæc est illa Danicæ & Normannicæ gentis gloria, quam indagamus, quod in longinqua Regione ditionē quæsierit, Principatus fundaverit, Regna constituerit atq; reliquerit primum in Longobardia per annos 200. deinde in Normannia ubi Ducatus honore, non contenta non quievit, donec Angliam sibi adjiceret.* Aliò refert Grotius hanc gloriam, qui *prolegomenorum p.* 12. ita: *stet ergò inconcussum quæcunq; apud historicorum Scriptores de Normannorum rebus legimus, ea ad Suedos eximio quodam jure pertinere, nam Northmannorum pars, ut maxima ita potentissima & p.* 29. *Northmannorum posteriori vocabulo Sueones vel præcipuè contineri.* Sed quæ consequentia. Quia dicuntur Auctoribus Normanni. E. præcipua gloria ipsis concedenda, tanquam qui facta toti mundo stupenda & Christianitati salutaria perpetraverunt. Legimus apud Witichundum *l.* 5. *hist.* Russos & dici Northmannos, non tamen sequitur Russos Principes expeditionis contra Francos cum Normannis extitisse, quod nunquam probabitur. Secus tamen se habet cum celeberrima SVECORUM Gente, qui, quamvis nunquam afferre queant se Principes vel Duces extitisse eorum, qui in causa fuerunt: cur Neustria in Normannicum nomen transierit, tamen Northmanni dici possunt vel quia sub eodem tractu Boreali habentur, vel quia socii extiterunt & subjecti Danorũ, quorũ operâ multoties uti placuit. Non itaq; nunc in hac materia talis societas consideratur, *ubi unô pecuniam conferente, & altero commeatum, idem fructus & usus consequitur C. l.* 4. *tit,* 37. § 1. & § 1 sed in ejusmodi casibus attendenda est Regalitas, ubi com-

mo-

modũ ſolum Domino, ſed etiã juris & honoris ſeu gloriæ poſſeſſio acquiritur, quæ plenè juri ejus, etiã per liberam perſonam, ſubjicitur. *C. l. 4. tit. 27. § 1.* Ad alterum fundamentum Domini Grotii ſcilicet alios magis Northmannos appellandos eſſe, quia majorem portionem obtinent, notandum erit: neutrum ſemper verum eſſe: Non enim ſequitur (maximè inter Principes) prætenſionem dignitatis de jure debere cedere prætenſioni virium: de quo Lib. III. de Reali Majeſtate, ſi detur occaſio, loquendum erit quid amplius. Et valeat heic argumentum à præcellentia potentiæ, nihil tamen aucupatur: nam factâ collatione ampliſſimæ juriſdictionis Danorum, Norwegorum, Islandorum, Ferröenſium, Grönlandorum, Sleſvicorum, Holſatiorum, Dithmarſorum, Oldenburgenſium, Delmenhorſtorum, horumq; juſtiſſimarum prætenſionum, item Naturæ earum Regionum, fertilitatis, commeatuum, proventuum, vectigalium &c. quis non REGEM DANIÆ ſuperare *de poſſe* fatebitur. Proinde animadvertendum erit, tùm, cùm Northmannicum nomen invaleſcere incœperat, REGIBUS DANORUM, Regionibus ditioré extitiſſe neminé, quod vir quidã Anglorũ inſigni lectione & prudentia James Howel fatetur: The præeminence of Parlement. The third conqueſt was by the Danes & they governed alſo by ſuch general aſſemblies &c. Witnes that great & ſo much celebrated Parlement held by that migthy Monarch Canutus, who was King of Engeland, Denmarck, Norweg & other Regions. Confer

orationes Clericorum & Magnatum Gallorum ad Præfectum REGIS DANIÆ, quas Wilhelmus Gemeticensis posteritati reservavit.

CAPUT IV.

De Danico & Dacico nomine.

TIT. I.

De variis, quæ Danicæ vocis appellationem concernunt, sententiis.

Ethelwardus Antiquissimus historiæ Angl. Scriptor, teste Cambdeno in *Britannia sua*, derivat Danos à *Civitate Donia.* Ipse Cambdenus in *Britannia* Danos *Dauciones esse existimat*, quos Ptolemæus in *Scandia* ponit. Saxo Grammat. *in histor. Danor.* Danos à Dan Rege illorum dictos asserit. Cluverus *Antiquit. Germ. l.* 1. dicit *Daniam à Deo illorum Dan & sic à Deo illorum Codan insula Selandia dicta Melæ est Codanonia & Ptolemæo incolæ dicti sunt Codanones, quos* Jonas Jac. Venusinus *intra sinum Codanicum esse existimat.* Volateranus *in Geograph. à Dacis Danos ortos vult.* Polydorus Virgilius *l.* 5. *hist. Angl.* taxat Saxonem, *quòd Danos Dacos non vocet.* Et *satis*, inquit, *omnino constat inter illos ferocissimarum gentium populos, qui Gothorum ductu Romani imperii fines Philippo Principe ingressi sunt Dacos & Getas potissimum fuisse.* Henricus Pental. *de Viris illust.* adfert *Dacos à Daco illorum Principe.* Bartholomæus *de propriet. l.* 15. *c.* 47. *Dacia est Regio in Europa à Danis Græcis, ut dicitur, primitus occupata multis insulis & provinciis subdivisa cum Germania continua: Cujus gens quondam fuit ferox & nimium bellicosa, propterea quod Britannicis, Noricis*

cis & multis aliarum nationum incolis dominabatur. Vilhelmus Gemet. *l. 2. hist. c. 4. quare Dani dicuntur Dani, quia jactant Trojanos ex sua stirpe processisse, Antenoremꝗ ab urbis exterminio cum 2000. militum & 500. viris ob proditionem illius ab eo perpetratam evasisse & multimodos Ponti anfractus Germaniam appulisse atꝗ postmodum in Dacia regnasse, eamꝗ; à quodam Danao suæ stirpis Rege Danomarchiam nuncupasse.* Pontanus *in Chorograph. Dan. Alii non tam gentem ex qua orti Dani & Dania, quàm vocem ipsam respicientes, Daniam quasi prolificam Parentem bonorumꝗ; plurimorum datricem ab ipsa re dicendam Latina originatione existimarunt, alii, quibus subtilior notatio vocabuli marchiæ arrisit, marchiam à mare & ἀρχίαν conflatam voluerunt quasi Danomarchia maris esset ἀρχία*, Junium refellit, *qui Danos quasi in sylvis piceis & abietibus productos vult vel propterea veluti abietes proceres erant*, Venusinus *thes.* 89. Goropius *p.* 702. 703. *de Gotodanicis* dicit *Danos à Gallo gallinaceo ut generoso animali & vigili se dictos volunt. hanc derivationem*, inquit ibidem, *neꝗ asseram neꝗ rejiciam cum nominum & artium origo ab observata naturæ imitatione in animalibus ad applicationem seu consequentiam operis. Dani dicunt* en Søe-hane. Plinius tradit Pergami Gallorum spectaculum. Anglorum pueros vidi quovis anno pugnam Gallorum Gallinaceorum inire, sed hæc præter oblectamenta nihil possident. Fuit mecum in Anglia non mediocri eruditione Hispanus, qui me allocutus de Gothorum antiquitate, referebat in Hispania multa de Gothorum antiquitate superesse, seq; credere Danos dictos tanquam illos, qui multum damni huc & illuc transtulerunt, ad quod probandum significationem vocis τοῦ Da-

nos in Hispanorum lingva attulit ex Ivan de Santa Maria *c.* 13. Si los consejeros entre si na tiené mucha amistad y conformidad para conformase y ayadarse en los negocios, porque de las competentias entre ellos, se han sequidas perdidas de Reinos y estados y otros muy grandes Danos &c. Replicabam gratissimam mihi esse allusionem de victoriis Danorum, sed longè alia extare monumenta de Danorum origine, quæ si benè legerentur, multa adferrent quæ variis nationibus profutura essent; unde quæsivi, cur Hispaniam legant Romani, quam Dani cum Isidoro aliisq; Antiquioribus vocant Spaniam. Ad quod alter, se ex Wormio & observationibus aliis cognovisse multa monumenta antiquitatum apud Boreales sui genii tenacissimos reservata haberi. Omittam, qui Danos quasi δαίμονες esse volunt cum Postello, & has allusiones aliasq; id genus tanquam subtiles exosculabor, propria de Danorum origine contentus Antiquitate.

Tit. II.

De Antiquitate nominis Danici & variarum sententiarum reconciliatione.

Ex Antiquitate Runica, vide Cap. V. *Tit.* I. item testimoniis doctissimorum Virorum habetur Cimbros advenisse nobis tempore Seruchii, Proavi Abrahæ. Sub hoc adventu existimo nomen Danicum suam originem cepisse, idq; statim post confusionem lingvarum, utrum à vocis similitudine Dodanim, qui erat Javanis filius Gen. X. an à Dedan filio Rhamah, an verò à דין hisce sequentibus demonstrabimus. Ultimum penes me

me maxi mi momenti erit. Hoc enim nomen nuper non repertum invenio, sed antiquissimum esse, idq; Judæis, Cimbris Cimbricæ Chersonesi, Cimmeriis Tauricæ Chersonesi, Caucasiis, Antiochis, Græcis, Germanis, Sarmatisq; usitatũ comperio, veluti postea innotescet. Quæ itaq; est hujus nominis notatio? Verisimillima ista, quæ hoc modô traditur. Peractô Syncretismô, cùm jam homines coacti essent σκίδνασθαι ὑπὸ τῆς ἀλλογλωσσίας, ὥς πᾶσαν ἤπειρον καὶ νῆσον πληρωθῆναι αὐτῶν *i. e. dispergi ob diversitatem lingvarum ad omnem continentem & omnes insulas complendas*, uti verbis utar Zonaræ *Annat*. t. 1. nec Amicus Amicum, seu Socius Socium intelligere posset, prædilectus est iste, qui inter Gomorrhitas ingenii felicitate vel suis sociis vel aliis advenis satisfacere poterat, & dictus est Dan, quod nomen convenienter quasi à דִּין id est judicare, disceptare, originem haurire videtur. Huc pertinent, qui Danicum nomen Sapientiæ nomen esse dijudicant, veluti Suidas, qui dicit ἐπιχωριάζειν τῇ μεγάλῃ Ἀντιοχείᾳ τὸ δανικὸν τῆς σοφίας. Confer primam illam Borealium nostrorum Regiminis formam, quæ fuit Judicialis, nec sine prudentia singulari dici potuit constituta. Cùm itaq; accresceret indies sub ipsis rerũ primordiis tàm incolarum quàm advenarum multitudo, non solùm aliam vitæ rationem attulit, sed dissidii rixarumq; igniculos multifariam circumduxit. Horum hominum perturbationibus aliter non fieri poterat, quin Judices ordinarentur, qui non solùm æquitatem administrarent, sed & Inferiores à Superiorum superbia & robore illæsos foverent saasom de der skulle Damne det som ulovligt var oc Domme det som forsvarligt var. Quo no-

DANICUM nomen sapientiæ nomen.

nomine existimo Dannemand significari illum, qui turgescentes animos reprimeret & mala, quæ obvenire poterant, temperaret: quamvis non nescius sim τὸ Dannemand explicari quasi en Dansk Mand / vel homo fidelis & sincerus. Respondet nomen Danicum Dan Radici Hebræorum (quod igitur, inquit, Arnsgrim, *in descript. Island. literam Hebræam potestate si non figura, quod voces multas Hebræos fontes sapientes habeat lingva Nordwegica, id primis incolis debebitur*) דין judicare & disceptare. Hinc apud nos dicuntur Lands-dommere Judices dicuntur, qui causam diversæ sortis disceptare debent: veluti Procuratores seu Advocati apud Romanos, qui causas agerent contra Potentiorum injurias. Sancientibus Imp. *Dioclet. & Maxim. Cod. l. 1. Tit. 14. non licebat Potentioribus patrocinium litigantibus præstare vel actiones in se transferre, quo quieta & innocens rusticitas peculiaris Patrocinii perfrui posset secundum* Valent. & Val. *Cod. l. 1. tit. 43.* § 3. Hi Viri seu Judices apud Danos אנשי השם i. e. Viri nominis seu illustres & admirabiles habiti sunt (veluti hanc constructionem doctè pro more suo exponit D. Joh. Wandalinus *in exercit. quarta de politia & moribus eorum, qui ante diluvium vixerunt* § 27.) maximâ auctoritate & celeberrimô nomine non solùm propter experientiam variarum rerum tàm naturalium quàm civilium, sed & propter felicem consiliorum eventum actionumq; æquitatem. Et hæc est ratio, quare hoc nomen officii in cultum transierit divinum & quod Judices tanquam Dii adorati sint. Hoc videre licet longe post egressiones & factas expeditiones, ubi Consiliarii & Duces tanquam Dii salutabantur. Sic de Decenæo & Zamolxi legimus. De hoc ita Dion. τοῦ δὲ ἐθ-

ἔθος διέτεινεν ἄχρι καὶ εἰς ἡμᾶς, ἀεὶ ὑνὸς εὑρισκομένου τοιούτου, τὸ ἦθος, ὃς τῷ μὲν βασιλεῖ σύμβουλος ὑπῆρχε παρὰ δὲ τοῖς Γέταις ὠνομάζετο Θεός. Hoc honore Decenæus fungebatur. Zamolxis apud Strab. l. 7. Θεὸς appellatur παρὰ τοῖς Γέταις. Apud Platonem ait homo Thrax. Ζάμολξις λέγει ὁ ἡμέτερος βασιλεὺς. Θεὸς ὤν. Vide notas in Periplum à *Clarissimo & Consultissimo* Erasmo Windingio, cujus honorificam mentionem facere debiti amoris & officii duxi, elaboratas; quæ plura de simili τοῦ Θεοῦ significatione adhibent testimonia. Et cum in recenti memoria vocis τοῦ Θεοῦ versemur, videbimus quomodo Grotius in *proleg. de Gotia* Danos à Deo Δὰν derivet. Multa Borealibus nostris fuisse cum Græcis communia vel maximè inde evinci potest, quod Hispani & Javanes illi Deum nostrum in Curlandia consuluerint pœnitendâ vecordiâ, responsionemq; ab illo petierint, teste Adamo Bremensi. Alia multa præterire animus erit & inter reductarum superstitionum relliquias per varios Cimmeriorũ nostrorum ut egressus in alias mundi partes sic in Græciam, has de cuculo enumerabo, quæ etiamnum apud virginũ nostrarũ continuantur quamplurimas. Sunt in ea opinione, si primum quendam cuculi sonum jejunantes audiverint, Virginitatis vitium omnino esse metuendum. Hujus phantasiæ rationem nullibi tam convenienter licuit eruere, quàm ubi de Junone legere contigit. *Dicitur Jovem potiundæ sororis desiderio arsisse, quam cùm à cæteris Deabus se unctam vidisset, cuperetq; ex ejus conspectu evanescere & occultari, sese mutavit in cuculum & in montem, qui Thronax antea, postea Coccyx ab ipso cuculo dictus fuit,*

Cluverus & Grotius explicantur, qui DANOS à Δὰν derivant.

De cuculo Virginum nostrarum.

convolavit. Jupiter igitur eô ipsô die magnam tempestatem excitavit, ad quem montem Juno cum sola esset, accessit, ibiq; consedit. ubi Junonis adultæ postea sacellum erectum fuit. Cum tremens igitur ac frigens cuculus ad Junonis genua advolâsset, ea illius misserta avicula vestem continuò circumjecit. At Jupiter resumptâ primâ figurâ rem habere cum illa tentavit, quæ matrem verita ubi se uxorem ducturum Jupiter promisisset & jurâsset, assensit. Hæc Natalis L. 2. c. 14. mythol. Ad rem. Diximus Cimbros multos egressus & expeditiones suscepisse. Quod liquet partim expressâ Antiquissimorum Scriptorum auctoritate, partim fictâ illâ implicitâ Græcorum traditione, quæ Oceanum rerum hominumq; Parentem certissimè credidit, unde cum Homero l. 3. *Iliad.* & Hesiodo *in Theogonia.* Orpheus *in Hymno* ita:

Ὠκεανὸν καλέω πατέρ᾽ ἄφθιτον αἰὲν ἐόντα.
Ἀθανάτων τε θεῶν γένεσιν θνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων.
Ὃς περικυμαίνει γαίης περιτέρμονα κύκλον.
Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα.

Persuaderi itaq; aliter Græci aliiq; non poterant, quin Oceanum homines procreare statuerent, cùm undiq; inde maximus hominum confluxus adfuerit. Forte tunc nomen Danicum circumductum est tam ad Sarmatas quàm ad Græcos & Danubii accolas: Ad quod Pontanus *hist. Dan.* p. 642. *Tanaim fluvium Borysthenus dicit Don & Dun Sarmatis dici, quibus & Dani, Duni, Dunschi vocitatur.* Cato *in frag. de Orig.* Danubium à Danis accolis habere originem, qui Stephano teste *de Urb.* nuncupatus erat & Δάνουσις & Δάουσις. De DANORUM exitus tempore sit ita monumenta Gothica saxo Runicis literis incusa:

Ita intelligendus est Wilhelmus Gemeticensis, qui Trojanos à DANIS vult.

Ar halff tredium tusandum drog Helge med Guthenum sinum.

Hoc Judice Helge mortuô, qui imperabat Osteroe / jam Osel / & Dageroe / jam Drag-Oe / Hangvarem Iudicem Gothlandorum solicitat de mittendis iis, quos amittere poterat; se venturum animo eos ceu Patriotas & Consangvineos excipiendi, cognitamq; famem, quæ apud ipsos erat maxima, sublevandi. Dictum factum. Et Historia ita narratur: Inceperunt quàm maximâ multitudine è Gothia, Farroe & Dageroe vela pandere, quibus adjunctus erat Dan cnm 300 navibus præter ingentem Onerariarum copiam & 5000. armatorum. Directo cursu ad Esthlandiam & acceptâ terrâ, omnes naves combustæ sunt, ne spes reditionis domum ulli superesset. Viam armis penetrare, Russiam ingredi & deinde Rubonem, qui nunc Danubius vocatur, petere, mox in Thraciam usq; ad Tanaim pergere, qui Asiam & Europam dividit. Inter Getas & Thraces exortum erat dissidium de sedibus & terris, quas illi vendicare præsumebant. Dan hisce minis maturè cum maximo exercitu obviam ire decernens, contra Gethas (*non semper possunt & volunt esse amici, qui sunt consangvinei, si violandum est jus, violandum est imperii gratiâ*) Marchione constitutô filiô suo Westhe, contra Thraces apertum pugnæ discrimen iniit: ubi ipse succubuit. Non tamen destitit successor filius ejus Westhe bellum hoc Thracicum persequi, sed eos in annuum tributum coëgit. Huic successit Helmer, qui aliàs Welmer salutatur. Hic non solùm Dynasta, sed coronatus Gothorum Rex, qui circa Tanaim grassabantur, filium suum Dan ad consortium & administrationem imperii assumpsit Strelow. *Chron. Goth.* De expedi-

peditione DANORUM ita Aventinus *l. 1. Boj. Tunc etiam ex Gotlandia sinus Venedici insula, quæ è regione Vistulæ sita ab Aquilone Scandinaviam peninsulam spectat Gothi, qui Dani, Daci vel Getæ sunt, sub Rege Berico egressi ad Danubium immigrarunt in eas Regiones, quas Ugri, Transylvani, Septemcastrenses, Walachi tenent. Regnatum ibi est à Danis & Getis ad Valentis Annum decimum.* Atq; hæc est prima illa de nominis Danici significatione occasio: cur autem Dania nomen Danicum, quæ antea dicta erat Cimmeria & Getia, assecuta sit, his circumstantiis clariora reddemus.

Saxo Grammaticus explicatur.

Tempore Humble Principis insulæ Gothlandicæ, ubi Germani perceperant Gothos fere omnes egressos esse & plurimos Gigantum secutos, Gothlandiam infestant. Humble ad se partem hostis advenientem splendidè excepit & quò tutiùs irruentem illum à cervicibus suis depellere posset, noctu, iis occisis, literas ad filios suos Dan, Angul & Nore perferendas curavit. Plebs sub singulorum Iurisdictionibus convocatur & Dominos suos secuta, hostem ad internecionem dedit. Hâc recuperatâ victoriâ, comperiens Humble Consangvineos suos Cimbros & Gothos cum Sacis & Frisiis fortiter, sed sine fortuna conflictari luctariq;, de suppetiis ferendis extemplo cogitavit, quocirca mari ad Scaniam & Selandiam pervenit, & Regiones à faucibus hostium liberavit. Talem optatam animi virtutem ut agnoscere grati possent Scanorum & Selandorum incolæ, Humble Dominum suum creant & nuncupant. Interea Boghe Dynasta Cimbrorum, cum undiq; se infestari percepisset, hinc ab Humble, illinc à Iuto, Sassonum Duce; maris præsidio quod inter se & Humble fluebat confisus, prima consilia proterendi Sasonem

per

per terram continentem capessit. Interea Humble occupat Falstriam, Monam, Lollandiam & circumjacentes insulas. Quibus machinationibus cùm jam distrahendus esset Boghe, repressus consilium mutare cogitur per Sasonum Dynastam vices occasionis alternantem. Regerit ergo qui horum intermedius erat Boghe & Wittonem ad eas angustias redegit, ut alter in pactorum condionem Slesvicum una cum filia sua Gunner tradere coactus sit. Ita Boghe rebus ab altera parte compositis, Humblum aggreditur, sed sine effectu, cùm ille cuncta in defensionem & præsidia insularum, quas occupaverat, disposuisset. Quocirca magis dicuntur protraxisse bellum, quàm promovisse: moritur namq; Bogge. Quod Witto tanquam fatum non solùm recuperandi sua, sed etiam Cimbrorum dominatum aucupandi ratus, favorem ambit Cimbrorum, seq; Ducem eligi optat. Cimbri autem cladum, quas antea ab ipso recepêre, memores: strenuâ Humbli fortunâ auditâ, Legatos mittunt, qui Danum Humbli filium Principem salutarent. Dan, hôc acceptô, colligit vires, hostem fugat, & quo res eorum in tuto magis esse posset, fratrem suum Angul & Optimatum quosdam ordinavit, qui sedulò hosti & à cura & à minis esse poterat. Hic Cimbriam & cæteras insulas ac dominatus in unum Regni corpus erexit & sibi invicem in æternum corporari sancivit. Regnum ad suum nomen jussit Daniam vocari. Hinc ad nos propagatum esse nomen Danicum cum Saxone Grammatico quamplurimi Historici perhibent. Ita videmus quomodo Danicum nomen non solùm invectum sit, sed etiam in Regni titulum transierit. Utrum autem potius Dacia dicenda erit, quæ hodie Dania nuncupatur, proxi-

Tunc DANIA nomen Regium sortita est

Ethelw. & Ptol. explicantur.

mis observationibus explicabimus, ibidemq; causam sententiæ Polydori Virgilii enucleabimus, qui Danos à Daco esse vult. Quod spectat relationem Ethelwardi, quod Dani sint à Donia: Item Ptolemæi, quod Dani Dauciones sint appellati, concernunt fundamentum quoddam *à posteriori* sc. vel ratione loci, quod obtinuerunt à Dan, vel ratione expeditionum, unde Jornandes statuit Danos expulisse Herulos.

TIT. III.

De nomine Dacico, an Danis competat.

Delrius ref.

Desideratum diu ab eruditis est, utrum rectiùs Dani vocandi sint Daci, quàm Dani. Nobis heic singularis est quæstio, quam Delrius præbet. *comment. in Sen. Tragici Thyest. p.* 384. *edit. Antv.* 1193. *Sunt*, inquit, *qui putant Dacos fuisse olim, qui nunc Dani, incolæ Cimbricæ Chersonesi, sed falluntur & juniorum errores sequuntur, qui magno lapsu Danos & Dacos eosdem faciunt. Danorum mentio non extat apud Veteres Scriptores, nunc Dacorum mentio periit & sedes eorum tenent Transylvani, Valachi, Maldavi, Herdalii & Sibenburgenses. t. Broderichto, Lazio & Sambuco, nec*, pergit, *Daci in Cimbrica Chersoneso habitarunt ut fusè docet Irenicus l.* 1. *Exeg. c.*30. *ut mirer quid docto Viro in mentem venerit, scribere ab Albi varios hos Cimbros intelligi, idq; quia Daci à Scythis Europæis orti sunt, Plin. Tzetza, Suidas, Zonaras &c.* Irenici doctam & antiquam sententiam liberabimus, ubi tria Delrii monumenta examinaverimus. Primum est, *Danorum mentionem non extare apud Veteres.* Abstrusum est, vel minimum in Historicis versato. Quoddam nomen Danicum viguisse apud exteros nemo ferè est, qui nescit. Cato *Fragm. suis de Origin. Danubi-*

Irenicus liberatur.

um

um à Danis accolis nomen habere asserit, quod maximè arridet Stephano Zamotz *in analect. antiquæ Daciæ*. Suidas ἐπιχωριάζει τῇ μεγάλῃ Ἀντιοχείᾳ τῆς σοφίας τὸ δάνικον. Phavor. in Lex. ex Hesychio, qui hoc: Δαναὶ μέλαινα καὶ πονηρά. Suidas in voce Δανάκη, hoc est nomen nummi, quem olim mortuis dabant ipsum cum illis sepelientes, ut Acherusiæ naulum, quod portitori, trajectus causa persolvebatur. Quis non legit fana Dani apud Græcos celebrata quàm maximè, Warnefridus c. 9. l. 1. de Longob. Valeant ergo hæc. Ad domestica: ubi notandum quàm maximè Veteribus esse consentaneum à Danica origine Danicum nomen apud exteros viguisse, Confer expeditiones Danorum, quas fecerunt Dani sub Helge A. M. 2500. & Aventinum l. 1. Bojorum, qui ita: *Tunc etiam ex Gotlandia sinus Venedici insula, quæ è Regione Vistulæ sita ab Aquilone Scandinaviam peninsulam spectat, Gothi, qui Dani, Daci vel Getæ sunt sub Rege Berico egressi ad Danubium immigrârunt in eas Regiones, quas Ugri, Transylvani, Septemcastrenses & Valachi tenent. Regnatum ibi est à Danis & Getis ad Valentis tempora.* Lyscander *Antiquitatum Dan. Serm.* 3. ita: *Ante tempora*, inquit, *Danica duas fuisse adversus Orientem Cimmericarum gentium expeditiones historiæ manifestè produnt, Primam Gethicam, alteram Cimmericam. In his cùm ex omni Aquilone innumera collecta fuerit multitudo, Cimmeriis tamen & Gethis monarchiam defendentibus & horum potentia & virtus magnifica Græcis innotescere cœperit, dicti sunt omnes generali nomine Cimmerii & Getæ, manseruntq; deinde ea nomina perpetuò apud Græcos. Sed cùm sequens ætas in Baltheo Danos genuerit, qui priorem*

 men-

mensuram adæquare cœperunt & clariores quotidie evadere novaq; inde Orientem manus auxerit, Danicâ sic ibidem innotescente militiâ. Latini, qui regnum post Græcos tenuerunt, & diversas nationes lustrati vocabulorum memoriam conservare nitebantur. Hanc copiosissimam gentium multitudinem nomine quod tunc celebris erat, Dacos dixerunt Daciamque immensam ad Istrum Regionem, ubi ab his populis quietum est. Ita Daci Romanis notiores fuerunt & Plinius palam asserit Dacos esse Latinis, qui olim dicebantur Getæ & Procopius magis fatetur Gothos & Dacos eosdem vocatos, quos Græci Cimmerios & Gethas appellârunt, Dani verò Daci sunt. Infero, si verum est, quod Strabo *l. 7. Geogr.* dicit, Cimbros nostros, qui contra Romanos pugnarunt, Cimmeriis nomen dedisse (verba Strabonis hæc sunt: καὶ οὐ καλῶς εἰκάζει, ὅτι λῃστρικοὶ ὄντες, καὶ πλάνητες οἱ Κίμβροι καὶ μέχρι τῆς περὶ τὴν Μαιώτιν ποιήσαντο στρατείαν, ἀπ' ἐκείνων δὲ καὶ ὁ Κιμμέριος κληθείη Βόσπορος, οἷον Κιμμερικὸς, Κιμμερίους τοὺς Κίμβρους ὀνομασάντων τῶν Ἑλλήνων.) magis verisimile habetur τὸ Danicum apud Danubium & in Dacia à Dano originem habere. Hoc probant Expeditiones nostrorum sub Bericone & aliis factæ, quod ipse Strabo non renuit, qui ita: Βοιρεβίστας Ἀνὴρ Γέτης, ἐπιστὰς ἐπὶ τὴν τοῦ ἔθνους ἐπιστασίαν ἀνέλαβε κεκακωμένους τοὺς Ἀνθρώπους ὑπὸ συχνῶν πολέμων καὶ τοσοῦτον ἐπῆρεν (ἐν) ἀσκήσει καὶ νήψει καὶ τῷ προσέχειν τοῖς πράγμασιν, ὥστε ὀλίγων ἐτῶν μεγάλην ἀρχὴν κατεκτήσατο (sequor editionem Pylandri Pans. MDCXX) καὶ τῶν ὁμόρων τοὺς πλείστους ὑπέταξε τοῖς Γέταις ἤδη δὲ καὶ ὁ Ῥωμαίοις φοβερὸν ἦν, διαβαινὼν ἀδεῶς τὸν Ἴστρον καὶ τὴν Θρᾴ-

Θρᾴκην λεηλατῶν μέχρι Μακεδονίας καὶ τῆς Ἰλλυρίδος. Heic notandum, quem nos credimus Danum fuisse, à Strabone Getam vocare, qui optimè confundi possunt, adfer Tit. IV. de Getis. Cap. III. *de var. Cimb. appell.* Aliàs Geta de nostris Getis in Transylvania aut Thracia esse potuit, & tamen addixisse Regimini Danico suum servitium. Præter hæc nec prætereundum est hoc observatu dignissimum, quod de Berobista idem Strabo infert, sc. *quod Cæsar in eum arma movere contenderit.* Suetonius l. 1. in Vita Julii Cæsaris: *viam munire à mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim usq; perfodere Isthmum: Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coërcere*: Cum contulero Saxonem Grammaticum, ab ipso habetur Berobistæ expeditionem sub Frothone Maximo, Anno Nati nobis JESU CHRISTI primo, è Dania factam fuisse. Jam ex allatis constat, Dacos & Bœrobistam tempore Julii Cæsaris extitisse, unde magis placebit per Berobistam intelligi Periconem, de quo Aventinus *l. 1. Bojorum, tunc ex Gotolandia &c, Gothi qui Dani, Daci vel Getæ sunt sub Rege Berico egrèssi ad Danubium imigrârunt in eas Regiones, quas, Ugri Transylvani, Septemcastrenses, & Valaci tenent &c.* Bericum egressum esse è Scanziæ gremio, testis est Jornandes *C. 17. de rebus Geticis.* E monumentis Gothicis liquet duas fere simul incidisse expeditiones, alteram A. M. 2532. sub Duce Bericone, qui Prussiam, Pomeraniam, Poloniam & Megapolitanos occupavit, alteram A. M. 2560. (utramq; ex eadem origine) sub Duce Dan qui Esthlandiam, Russiam, & tractum ad Danubium, item Thraciam suæ ditionis fecit. Antea tractus iste à Taurica Chersoneso in Cimbricam nunc Scythicus, vid. Cap. 3. Tit. 2.

Saxo Grammaticus, Suetonius & Strabo conciliantur.

nunc

nunc Geticus, vide Cap. 3. Tit. 3. postea autem aliqua pars hujus tractus Dania, vel ut Latinè loquar, Dacia dicta est à variis expeditionibus Danorũ A.M. 2532. An. 2560. & si credendum Saxoni Anno Nativitatis Christi secundo vel tertio, regnante Frothone in Dania, qui erat Rex DANIÆ, NORVEGIÆ, SUECIÆ, FRISIÆ, BIARMELANDIÆ, ANGLIÆ, HIBERNIÆ, POLONIÆ, SLAVONIÆ, RUSSIÆ, TARTARORUM, VANDALORUM, UNGARIÆ, SAXONIÆ, FRANCONIÆ &c. Non itaq; mirum, si hoc Danicum nomen extra Patriam propagatum sit, cùm Getæ ad quos transierant, illorum Consangvinei erant (unde Just. *l. 32. c. 3. Daci Soboles Getarum sunt, qui sub Orole exierant*) malè legitur Oroles, cum legendum sit vel Bericus, vel Berobista quasi Byrge Bister) Et Gothi Thracum dicebantur fœderati, unde Malcus in *excerptis Legat.* p. 25. πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θράκης τῶν ὑποσπόνδων Γότθων, οὓς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Cimbri nec segni habebantur animo hoc nomen Danicum promulgandi, ut profligati in Illyrium sub illud tanquam præsidio seu tegmine tutelæ quiescere possent. Quibus ita intellectis, Delrium existimamus defectu nostrarum antiquitatum fallaciam ignorationis commisisse, & cœteros, qui Patroni hujusmodi sententiæ esse volebant, ignorare, distingvendum esse inter tempora Datur equidem fundamentum Delrio ejusq; Asseclis à Dion. l. 51. Οἱ δὲ ἐπέκεινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε δὲ Θρᾶκες τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος ὄντες. & porrò. *Daci ex utraq; parte Danubii habitant, quorum qui citra id flumen sunt Triballinorum vicini Myso-*

Myſorum more vivunt, ac Myſi ab omnibus &c. *Nam antiquitus Myſi ac Getæ omnem tractum, qui Æmum ac Iſtrum interjacet, incoluerunt, progreſſu verò temporis, alia quædam nomina acceperunt, Myſiæq; nomine omnis ea Regio, quam Savus in Iſtrum incidens ſupra Dalmatiam, Macedoniam Thraciamq; à Pannonia dirimit, vocari cœpit: tùm in qua Myſia, tùm aliæ multæ gentes, tum qui olim Treballi & Dardani dicebantur.* Strabo l. 7. *Geogr.* ubi de Berobiſta loquitur, cujus ſucceſſores Regnum in plures diviſerunt partes atq; etiam tum, cùm Auguſtus Cæſar adverſus eos mitteret, aliàs per 50000. aliàs per 40000. diviſi fuêre, verum iſtiusmodi diviſiones pro tempore aliter, factæ ſunt. Pergit porrò Strabo his verbis: Γέγονε δὲ καὶ ἄλλος τῆς χώρας μερισμὸς συμμένων ἐκ παλαιοῦ. τοὺς μὲν γὰρ Δάκους προσαγορεύουσι, τοὺς δὲ Γέτας. Γέτας πρὸς τὸν Πόντον κεκλημένους καὶ πρὸς τὴν ἕω. Δάκους δὲ τοὺς εἰς τἀναντία πρὸς Γερμανίας καὶ τὰς τοῦ Ἴστρου πηγάς. Horum teſtimonia quid inferunt: hoc ſc. Getas tum, cùm iis in tractibus conſiſtebant, in Dania eſſe non potuiſſe, quod verum eſt; nam unicum novi, qui poteſt eſſe hìc & ubiq; potenter: Secundò inferunt ſimul ſuis Magiſtratibus & Danorum parere non potuiſſe, quod neq; falſum eſt. Præterea concludimus Dacos à Danis ratione diverſi tractus & Magiſtratus diſtinctos fuiſſe, ratione tamen originis eoſdem extitiſſe. Difficulter enim probabitur ante Danorum & Getarum expeditiones, Dacicum nomen in Tranſylvania receptum fuiſſe. Quod obſervatum volumus contra Franciſcum Bivarium Comment. p. 256. in Lucii Flavii Dextri Chron. qui ſtatuit *Dacos primum in Hungariæ, deinde in Norwegiæ loca maritima* Ref. Frãciſcus Bivar.

Dion explicatur.

recessisse. Quamvis enim dicat Dion. l. 51. Οἵ τε ἐπέκεινα Δακοὶ κέκληνται, εἴτε δὴ Γέται τινὲς, εἴτε δὲ Θρᾷκες, τοῦ Δακικοῦ γένους τοῦ τὴν Ῥοδόπην ποτὲ ἐνοικήσαντος, ὄντες: nihil tamen contra Dacorum originem per Danos obtinere potest: Auctoritas enim & fides sive fuerit Dionis sive Strabonis aut aliorum vel Romanorum vel Græcorum non latiùs sese extendere potest, quàm ad ista secula, quibus vel vixerunt, vel ante se pauca habuerunt. Unde ipsi antiquissimi Scriptores Herodotus, Thucydides, Plutarchus, aliiq; spectatæ fidei Auctores ægrè aliorum relationibus utpote commentitiis, fidere volebant, nisi ita rem experti erant, quod Herodotus egregiè fatetur lib. 1. Unde non mirum, si vel Dion Dacos à Dacis Scythis derivet, quod tamen non sine grano salis accipiendum est. Daci potuerunt à Scythis esse, & tamen esse Daci. A Scythis potuerunt secundum partem, respectu originis, esse: à Danis potuerunt esse, respectu originis Danorum vel Dacorum, qui prævalescentes terram occupârunt eorum, iisdem commixti. Quod antiqui Scriptores directè attingere non potuerunt, siquidem ignoti fere ipsis extiterimus *non ratione expeditionum*, *sed ratione originis & nostri status*, quod Strabo l. 7. fatetur hoc sensu: *Quæ ultra Albim sunt objecta Oceano, ea nobis omnino sunt incognita, neq; enim eorum, qui ante nos fuerunt, quenquam novimus, qui Eoas partes navigaverit usq; ad ostium maris Caspii, sed & Romani ultra Albim nunquam sunt progressi neq; ulli similiter pedestre illud iter confecerunt.* Atq; hæc Delrio inservient pro revocando Dacos quà Dacos non magis esse à Scythis Europæis, aliisq; quàm à Scythis Danorum. Quod ut ulterius constet de

An-

Antiquitate Danici nominis, præter allegata Tit. 2. Cap. 4. addimus Variorum testimonia & inter hos ea, quæ sunt probatæ fidei & ætatis. Venantius Fortunatus in carmine ad Huldericum Francorum Regem ita:

Quem Geta, Vascotremunt, Danus, Euthio, Saxo, Britannus.

Gregor. Turonensis, citante Pontano Chorogr. Dan. 641. ubi res Theudoberti Theodori Regis Francorum filii circa A. Christi 500. imperante apud Græcos Anastasio, enarravit; expressè meminit Chotilaci Regis Danorum. Anastasius Sinaita, teste Grotio *proleg.* de Gotia: Σκυθίαν δὲ εἰώθασι καλεῖν οἱ παλαιοὶ τὸ κλίμα ἅπαν βόρειον, ἔνθα εἰσὶν οἱ Γότθοι καὶ Δάνεις. Procopius, Vir magnâ apud optimos auctoritate, ita in l. 2. *hist. Goth. Inde quoq; egressi, DANORUM percussis Nationibus, & ibi quoq; nihil infestum passi, Oceanò navigatò, Thulen insulam advehuntur, atq; in ea se figunt.* Est locus Ezech. 27.19. qui Dan meminit, & quamuis Cornelius à Lapide, Willalpandus, Maldonatus, Pelicanus in Ezech. per Dan intelligant urbem in finibus Israel, tamen non incommodè ad Borealia posse applicari, sequentibus ratiociniis demonstrabimus. Locus ita habet: וְדָן וְיָוָן מְאוּזָּל בְּעִיזְבוֹנַיִךְ נָתָנּוּ בַּרְזֶל עָשׁוֹת קִדָּה וְקָנֶה בְּמַעֲרָבֵךְ הָיָה׃ Et lectio & versio diversa est. Arias Montanus ita vertit: *Et Dan & Javan & Meusal in nundinis tuis dederunt ferrum nitidum: Casia & calamus in foro tuo fuit.* Seb. Castalion ita: *Tum Dani & Græci circumforanei exhibent in tuis nundinis ferrum fabrefactum, &c.* Franciscus Haræus: *Dan & Græcia & Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum &c.* Franciscus Ximenes de Cisneros cum Hieronymo Ezech. 27.

Locus ex Ezec. 27. applicatur.

19. *Dan*

19. *Dan. Græcia & Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum. Chaldaica a paraphrasis ita:* וְדָן וְיָוָן בְּשִׁירָן סְחוֹרְתִיךְ מַיְתַן בְּעִדְקִין אִבְרָזֶל קִדָּה וְקָנֵי &c. Opus Regium: *Et Dan & Græcia turmatim mercimonia adducebant, laminas ferreas, Stacten &c.* LXX ad ex-

Varia lectio LXX. Interpretum.

emplar Vaticanum Londini 1653. ita legit: Ἐξ Ἀσὴλ σίδηρος εἰργασμένος, καὶ τροχὸς ἐν τῷ συμμίκτῳ σου ἐστί. At ex editione Francisci Ximenis legitur Δαν καὶ Ἰαυαν καὶ μοοζηλ εἰς τὴν ἀγοράν σου σίδηρος εἰργασμένος καὶ τροχιὸν τῷ συμμίκτῳ σου εἰσιν &c. Sed ad fundamenta nostra: quæ sũpta sunt 1. à Scopo Spir. S. cujus est heic delineare felicitatem Tyri per amplissima negotiorum commercia. Quæ adeò exaggerat, ut significatum velit illa sese ad remotissimas gentes extendisse non solùm Asiæ, sed etiam Europæ, inter quas Dani quoq; erant. Et hic procedendi modus S. Scripturæ usitatissimus est, uti apud Esa. LXVI. v. 19. loqui amat. *Et ponam in eis signum & mittam ex eis evasos ad gentes Tharsis, Pul, & Lud, trahentes arcum Tubal, & Javan. insulas longinquas* &c. textus Hebræus legit: הָאִיִּים הָרְחֹקִים Per *has insulas* exponunt marginalia, quæ in Bibliis Danicis A. Chr. MDCVII. extant impressa, BRITANNIAM, DANIAM, SUECIAM, NORWEGIAM, ISLANDIAM & GRØNLANDIAM. Quæ assertio, veluti nostra, veritati quàm proximè consentanea est. Quod etiam potest probari à circumstantiis non solùm temporum, siquidem longè ante ætatem Jojachim expeditiones è locis nostris Borealibus Cimmerii & Getæ fecerant; sed etiam occasionis, idq; eo quod Tyrii vel immediatè vel mediatè

diatè gesta negotiorum suorum expedire potuerint. Illud indicat Anton. Diog. Antiquissimus Scriptor, qui, teste Photio, citante Bocharto, p. 166. non ita diu post Alexandri tempora inter κδ λόγους ὑπὲρ Θούλην *profitetur se descripsisse ex cyparissinis Tyri effossis, cùm urbs capta ab Alexandro esset è Mantiniæ & Dercyllis tumulis, qui è Tyro profecti post varios errores tandem in Thulen migrârunt, & ibi aliquamdiu hæserunt.* Hoc è Saxone satis liquet referente multa, quæ Græcis & Thracibus fuerunt cum Danis communia, quorum negotia non ita pridem in inclyta illa Gothlandorum Metropoli Visbye peragebantur, nec Tyri florentissimis temporibus, (quæ condita erat secundum Joseph. *l.* 8. *Antiq.* A. 240. ante templum Salomonis) defuisse colligere licet, etiam ab inordinata Accentus hujus Athnasii sede, quã nusquam, quod mihi contigit observare, sine singulari sensu & ἐμφάσει solet obtinere: veluti Gen. I. v. 1. Per Græcos itaq; quàm maximè consentaneum est, Danos elaboratum ferrum Tyriis attulisse, quod verbum Meusal apud Interpretes explicare videtur, quorum alii, veluti Seb. Castalion ita exponunt: *Tum Dani & Græci circumforanei exhibent in tuis nundinis &c.* Paraphrasis Chald. ita, ut supra: Symmachus vertit *Græcia deferens* sc. mercimonia, quem interpretandi modum Wilhalpandus & Pintus in Ezech. approbant. Maldonatus ita: *verbum* מְאוּזָּל *R. Kimchi vertit vagã Græciam.* Adde illud Malci *in excerptis Legat.* p. 75. πρέσβεις ἦλθον ἐκ Θρᾴκης τ ὑποσπόνδων Γότθων, ὃς δὴ καὶ φοιδεράτους οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσιν. Tertiò accedit ipe textus, qui dicit à Javane & Dan ferrum allatum esse: quod apprimè Norwagorum Suecorumq; Borrealibus competit,

Danorũ & Græcorum commercia.

petit, qui ferro abundant eximiè. Et cur quæso non æquè per Dan Danos explicare licet, ac per Javan Græciam ex versione Xemenis, Francisci Haræi, Sebastiani Castalionis, item curni æquè per Dan Danos possumus heic intelligere, ac per Mesech & Thubal Hispanos, Moscovitas & Polonos secundum marginalia Bibliorum Danorum ex edit. Anni M DC VII. Concludimus itaq; DANOS æquè fere Judæis cognitos fuisse ac Græcos: Confer Josephum l. 1. *contra Apionem*, οὐδὲν ἦν ἐν τοῖς παλαιοῖς χρόνοις τὸ ποιοῦν πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἡμῖν ἐπιμιξίαν, ὥσπερ Αἰγυπτίοις μὲν τὰ παρ' αὐτῶν ἐξαγόμενα, καὶ πρὸς αὐτοὺς εἰσαγόμενα, τοῖς δὲ τὴν παράλιον τῆς Φοινίκης κατοικοῦσιν, ἡ περὶ τὰς καπηλείας καὶ τὰς ἐμπορείας σπουδὴ διὰ τὸ φιλοχρηματεῖν &c. διὰ τοῦτο Φοίνικες μὲν αὐτοὶ κατ' ἐμπορείαν τοῖς Ἕλλησιν ἐπεισπλέοντες εὐθὺς ἐγνώσθησαν, καὶ δι' ἐκείνων Αἰγύπτιοι, καὶ πάντες, ἀφ' ὧν τὸν φόρτον εἰς τοὺς Ἕλληνας διεκόμοζον, μεγάλα πελάγα διαίροντες. μῆδοι δὲ μετὰ ταῦτα καὶ πέρσαι φανεροὶ κατέστησαν τῆς Ἀσίας ἐπάρξαντες. οἱ δὲ καὶ μέχρι τῆς ἡμετέρας ἠπείρου, πέρσαι στρατεύσαντες. Θρᾶκες δὲ διὰ γειτονίαν καὶ τὸ σκυθικὸν ἀπὸ τῶν εἰς τὸν πόντον ἐγνώσθη πλεόντων, ὅλως γὰρ ἅπαντες οἱ περὶ τὴν θάλατταν, καὶ τὴν πρὸς ταῖς ἀνατολαῖς (sic legit textus) καὶ πρὸς τὴν ἑσπέριον κατοικοῦντες τοῖς συγγράφειν τι βουλομένοις γνωριμώτεροι κατέστησαν. i. e. *Nihil fuit antiquis temporibus, quod faceret nobis commercium Græcorum, sicut Ægyptiis mercimonia, quæ ab eis exportantur & ad eos rursus comportantur, itemq; habitatoribus Phœniciæ maritimæ studentibus circa contractus & negotia amore pecuniæ requita &c. Phœnices ergo propter negotiationem ad Græcorum provinciam navigantes, repente sunt*

agniti

agniti & per illos Ægyptii & omnes à quibus ad Græcos onera devehebant, immensa maria proscindentes. Medi verò atq; Persæ palam in Asia regnârunt, & usq; ad alteram continentem Persæ militarunt. Thraces propter vicinitatem & Scythæ ab his, qui Pontum navigant, cogniti sunt & universi juxta mare, vel Orientale vel Hesperium habitantes aliquid conscribere volentibus cogniti facti sunt. Tantum de nomine DANICO. Tertium Delrii argumentum est hoc, *quod Daci in Cimbrica Chersoneso nunquam fuerint.* Cur ergo Veteres Daniam Daciam vocaverunt? Tzetzes Chil: 8. 218.

Αἱ Βρεττανίδες νῆσοι κεῖνται περὶ Θρακίαν
Δύω αἱ μέγισαι πασῶν πρώτη Ἰουερνία
Καὶ Ἀλουβίων μετ' αὐτήν. —— ——

Nos potius legimus περὶ Δακίαν quàm Θρακίαν, idque propter oppositum è diametro Daniæ situm, qui longè propior, quàm Thraciæ aut Daciæ Romanorum, uti curioso & levi Geographorum oculo satis innotescit. Ælnothus Daniæ Reges vocat Daciæ Reges, Polydorus Virgil. *l.* 5. *histor. Angl.* ubiq; pro Dania legit Daciam. Barth. ad Littora ne quid in loco publico. *Rex Daciæ est Rex liberrimus, nemini subjectus, absoluto gaudens dominio maris sui non minus quàm sui territorii.* Ottho Frisingensis & Radewicus notante Serrano *Scholiis ad Translationem S. Bernhardi* Daciæ Reges legunt. Petrus Abbas Cellensis l. 8. epist. 19. ad Æscylum. *Ecce vestra Dacia remota est à nostra Francia.* Petrus de Vineis l. 5. *capitis undequadragesimi* teste Vossio l. 3. de Vitiis serm. c. 8. *Quod Daciæ Reges &c. tributa vel collectæ non auferantur ab his, qui in servitio Curiæ non commorantur.* Æneas Sylvius *de Eu-*

Tzetz. emendatur.

REX DANORUM liberrimus REX.

Europa c. 34. Daniam sive Daciam dicere volumus consuetudini servientes. Hodie ei Regioni Daciæ nomen est sive Dania, sunt enim qui ita malunt, quod nomen esse illi arbitror à Dacis, qui, Valachiâ devictâ, alias sedes quæsiuere &c. Atq; in Valachia mansit Dacorum nomen, nam cum gens in duas divisa factiones sit, potentior Danorum nomen habet. Itaq; operæ pretium est scire, quòd qui modò Dani vocantur, plerumq; Daci sc. hi, quos Chersonesum Cimbricam habere diximus, unde in historiis varia lectio est. Et porrò l. 1. ed. Goldast. *Christiernus Rex Daciæ, Sueciæ, Gothiæ & Norwegiæ, Vir inprimis Christianus A. Dni. MCCCC LXXXIV. Romam veniens sacro Cardinalium senatu obviam prodeunte, à Sexto Pontifice miro honore exceptus est &c.* In literis homagialibus Guilielmi de S. Slaro. *Rex Ericus vocatur Norwegiæ, Daciæ, Sueciæ, Slavorum Gothorumq; Rex.* Manusc. in bib. *Acad. Haun.* Obligatio Guilielmi Episcopi Orcadensis Christierno infeudatur Daciæ, Sueciæ, Norwegiæ Regi. Volaterranus l. 7. *Cimbricam Chersonesum nunc Daciam vocant, cui præest qui Suetiam & Norvegiam obtinet in eodem mari.* Guilielmus Wast *in hist. sciendumq; quod ab antiquo Rex Daciæ inunctus, consecratus & coronatus sit.* Cromerus *de orig. Polon. l. 5. Est Dania sive Dacia, nam & ita appellatur ea Regio, quæ Chersonesum Cimbricam complectitur &c.* Felic Fabr. *hist Suec. Est Cimbrica Chersonesus Dacia,* Joannes Boem. l. 3. c. 8. *de moribus & leg. gentium, Cimbrica Chersonesus, quam Daciam hodie vocant. Et hoc nomen Dacicum variis numismatibus inscriptum habemus.* Causam hujus μεταβολίας Julio Cæsari adscribit Lysch. Antiq. *serm. 3tio.* qui nomen Danicum Latinitate dicitur donasse. Aventinus *hist.*

REX DANIÆ inungitur.

Alia ratio nominis Dacici quàm Lyschandri.

hist. Bojorum: Princeps secundus Dacus qui & Danus condidit Danos, quorum Rex nominatissimus est in Germania & latinè vocatur Rex Dacorum, qui nobis est Danorum. Ego existimo Julium Cæsarem non tam beneficio Latinitatis quàm Antiquitatis hoc Dacicum nomen usurpasse. Norunt enim Scholæ, nomina propria Latinis, Græcis, Danis & Hebræis Danica, Græca, Latina & Hebræa esse, prout eorum linguâ traduntur apud quos usitata sunt nomina illa propria. Retulimus superiùs duas ferè simultaneas expeditiones factas fuisse, priorem anno M. 2532. posteriorem A. M. 2560. Quod spectat priorem, credo hâc primum Dacicum nomen fuisse exceptum, aut quia horum Princeps Dacus vocabatur; uti Aventinus heic tradit, aut quia hæc multitudo novis rebus studere videbatur ut tempore Matthiæ Hunnadis, Volaterr. l. 7. aut quia conglomerata erat multitudo ex pigro & segni hominũ genere, qui vocati sunt à cæteris, quasi illi, qui annum ferendo horam ab hora expectabant, **som de der gick oc dogrede / eller vilde drage deris Been effter dem.** quod verbum antiquum Danicum est & apud Anglos usurpatur de illo, qui otiosè incedit. Hoc inferri potest è simili historia Jornandis de Gepidis, qui *de reb. Get. c. 17. Quomodo v. Getæ Gepidæq; sint*, inquit, *Parentes, si quæris, paucis absolvam. Meminisse debes, me initio (sc. capite 4to.) de Scanziæ insulæ gremio, dixisse: Gothos egressos cum Berich suo Rege tribus tantum navibus vectos ad citerioris Oceani ripam, quarum trium una navis, ut assolet, tardius vecta nomen genti fertur dedisse, nam lingva eorum pigra Gepanta dicitur. Hinc factum est, ut paulatim & corruptè nomen eis ex convitio nasceretur. Gepidæ namq; sine dubio ex Gothorum prosapia*

ducunt originem, sed quia, ut dixi, Gepanta (rectiùs legendum Gebanda, nam oscitare est at gaabe / hinc tralatitium de segni homine qui stubidè & tumidè oculos huc & illuc circumagitat. See huilcken en Gabere / item palus ferro circumdata, ad quam malitiosi tenentur, ferro circa jugulum compresso, dicitur Gabestock) *pigrum aliquid tardumq; signat, pro gratuito convitio Gepidarum nomen exortum est, quod nec ipsum credo falsissimum. Sunt enim tardioris ingenii, graviores corporum velocitate.* Confer Jorn. c. 12. *de reb. Get.* Tantum de nomine Dacico, quô credo Reges Daniæ insigniri voluisse, ut constaret, Dacos Exteros suorum Danorum traduces esse. Sequeretur alius Titulus de variis nominibus, quibus Dania apud penates suos gavisa est, sed occasioni meliori reservabitur.

CAPUT V.

De testimoniis variarum nationum circa Antiquitatem gentis Danicæ & ejus Regni.

Tit. I.

De Anno, quô Cimbri advenerunt.

Tanta extitit horum antiquitas, ut Romanorum Græcorumq; Scriptoribus, quia ignota eorum erat origo, αὐτόχθονοι seu indigenæ sint appellati. Plin. l. 4. *hist. nat. c.* 13. *Ingævones Cimbros appellat*, quos Delacampus per αὐτόχθονας interpretatur & dicit *esse Danos, Frisios, Holsatos & Dithmarsos*, consentiente Peucero *in Chron.* Pontanus *de Dan. descr. p.* 642. ita: *Indigenam vocem accipimus non quasi autochthones esse aut terrigenum hunc populum velimus, sed qui sedes istas in quas à primis Archægis Iapheto & Gomero deductus fuerat &c.*

Huc

Huc faciunt Johan. Suaningius *comment. rerum Dan. Tempore Seruch Cimbri omnium primi in hanc borealem oram pervenerunt.* Idem confirmat Ericus Rex Dan. *in historica narrat. de antiquit. Dan.* Elias Reusnerus βασιλικῶν γενεαλογία. *Ascanica gens nobilissima & vetustissima, quemadmodum historiarum monumenta testantur ab Ascenetz filio Gomeri, nepote Japheti, pronepote Noæ, Custode S. ignis, i. e. religionis & doctrinæ, qui cultum profanorum profugiens & idolomaniam, quæ orientem cum tyrannica quadam sævitia invaserat, ex solo natali, quod superest, Phrygia in Bithynia versus Cimmericum Bosphorum ad Ascanicam paludem fugit, sociis Cajicis & Cimbris in Septentrionis plagas migravit & Caijcis quidem mediterranea, Cimmeriis verò maritima occupantibus, ipse sedem &c.* Pontan. p. 694.

Den Tid Christus lod sig føde /
Stod. Lund oc Scanor feger st i quæde /

Pont. p. 723. è Dan. rhytm.

Vixit Aristoteles & Alexander dominatur,
Dum per gentiles Castrum Søborg *fabricatur.*

De anno controvertunt Historicorum plurimi quàm valdè. Hieron. Hemm. *in Theatro geneal.* p. 650. statuit Gomerum A. M. 1799. i. e. à diluvio 143. ortum dedisse Cimbris *Cimmeriis, Danis, Gothis, Norvagisq;*. Tormius ex Lyschandro *Serm. Antiq. Sexto, ita: Cimbri 50mo propemodum anno Nimbrodi extremum in Balthico occuparunt Aquilonem,* Joh. Magnus statuit c. 3. hist. l. 1. 108 *annos ante Italiam Septentrionalia fuisse inhabitata.* Alstedius *Encycl. Polit. c.* 15. *regula* 2. assentitur Jodocho Willichio super Tacitum ita loquenti: *A Gomero Combri & postea Cumbri dicti sunt, qui in loca Septentrionalia secesserunt, quæ vo-*

 can-

cantur Cimbrica Chersonesus, quam hodie Dani & Holsati incolunt. At inter hasce variantes opiniones nulla sententia propiùs videtur mihi ad veritatem accedere, ac illa, quam Lyschander ex Antiquitate hisce verbis reliquit: Japhet tredium Noæ Søn affløde einum Søn/ huchen hieite Gomer, hand indtog Walland, Meten Tygar Gomers Søn foer til einum Landum/ inner hieyte mindrum Asia oc neffnde hed Folched huched hannem fuldum Tygraner, huched Landum fortiden neffndis Phrygia. Hed er sked/ da aff Werldum Aar gangen war attertan hundreda oc halffanden Stye vidindum Saruchs Tidum. Sammelunde foer Tygars Søn/ Gomer unge offver Mierret til Europam her tredie Deel aff Warldum/ oc dueldum nogrum lunum i Scythers Landum nest hin stora myet/ hucked er Mers mother. Medum da aff Werldum Aar gangen war attertan hundret oc halfftrediumstye drog Gomer hin unge aff Scythers Landum gennum mangum Landum mod Norden oc bygde saa i hed Landum/ huched hiepter Witelandum/ nu Julland oc ligger mod Noramierret. Atq; hæc calculatio maximè placet, utpote S. Scripturæ, Patrum & aliorum doctissimorum assertionibus convenientissima. Ante tempora Phalegi nullam fuisse factam dispersionem, ipse S. Sanctus infert Gen. X. v. 25. *Nati sunt Ebero filii duo, nomen uni Phaleg, eo quod in diebus ejus sit divisa terra.* Joseph. *l.* 1. *Antiquit.* Σκίδνανται δὴ τὸ λοιπὸν ἐντεῦθεν, ὑπὸ τῆς ἀλλογλωσσίας τὰς ἀποικίας ποιησάμενοι, πανταχοῦ καὶ γῆν ἕκαστος κατελάμβανον τὴν ἐντυγχάνουσαν καὶ εἰς ἣν ἤγαγεν ὁ Θεός. Niceph. Ch. Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις Φαλὲκ διεμερίσθησαν. Accedunt his Salomon, Abarbenebel & Seder Olam Rabba, qui adferunt, Pelegum divino instinctu vocâsse filium suum Pelegum. Duravit itaq;

ad

ad minimum communis illa & mutua, ſine ulla diſperſione, vivendi ratio ad annum centeſimum primum à diluvio. Confer Gen. XI. v. 10. 12. 14. 16. Sed de hoc, an ſub ipsâ nativitate Phalegi aut medio ipſius vitæ tempore, an verò ingraveſcente ſenectute, πολυγλωσσίας diviſio invaluerit, non ita conveniunt. Hieronymus *in tradit.* aſſerit diſperſionem gentium ſub ultimo Pelegi tempore fuiſſe. Chron. Seder Olam Rabba

מן המבול עד הפלגה ש״מ שנה נמצא נח היה אחר הפלגה
עשר שנים אבינו אברהם היה בהפלגה בן מ״ח שנה:

A diluvio ad diuiſionem lingvarum ſunt 340. *Anni. Invenitur autem Noach vixiſſe poſt diviſionem annos decem.* Patriarcha noſter Abraham fuit in ipſa diviſione filius 48. annorum. Alii ſunt, qui circa medium vitæ tempus Phalegi Confuſionem Babylonicam introducunt & inter hos inveniuntur Cornelius à Lap. *Comment. in Gen.* Auguſtinus Torniellus *in Annal.* &c.

TIT. II.

De Antiquitate Regiæ Poteſtatis.

Atq; hæc materia aſſumenda eſt tanto lubentiùs, quanto glorioſius percipimus, cæteras Nationes de Antiquitate Regii Regiminis graturari ſolitas. Brutus vel Brito nepos Ænææ Sylvii primus Rex apud Anglos fuit, veluti Ferguſius primus apud Scotos. Confer Genebrardum Cambrenſem *in MSS. Bibliothecæ Weſthmonaſt.* Buchananum *de reb. Scot.* Polyd. Virgil. *hiſt. Angl.* Bedam *in Eccleſ.* Cambd. *in Chron.* Thom. Walſingam & Matth. Weſtmonaſt. De Regibus Hiſpanorum gloriantur Stephanus de Garibay, Iſidorus Hiſpalenſis, Rod. Sanctius, Vaſæus. Mich. Ritius

Antiqu. Reg. Angliæ & Scotiæ.

Antiquitas Regũ Hiſpaniæ

Antiquitas Regũ Galliæ. *lib.* 3. *de Reg. Hisp.* Mariana, Anton. Beuter. *in Chron.* A Pharamundo circa A. Ch. 420. insigniri Gallorum Reges voluisse testantur Æmilius *hist. Gallor.* Serranus *in hist. Reg. Gall p.* 7. Ioh. Serreus *in inventario generali hist. Franc.* Confer P. Pithoeum, qui ex bibliotheca sua XI. Scriptores recenset, qui ab Anno cIↃ CCLXXXV. Francorum historiam designarunt. Adde Pontanum, qui *l.* 3. *Orig. Franc. c.* 3. à Marcomiro filio Antenoris I. Regis Cimmeriorum prima Regum Francicorum stemmata derivat. A Lecho seu Primislao circa annum

Antiqu. Reg. Pol. 781. incipiunt Poloni ad Reges efferri, annotantibus Martino Cromero, Vincent. Cadlubco, Stanislao Sarnicio, Al. Guagnino. Una cum his aliisq; facit Iohannes Svizerus, qui talem iniit supputationem *in serie Regum. Francici paruerunt Ducibus usq; ad A.* 416. *tempore Varamundi. Fergusius Scotorum Rex A. Ch.* 299. *A. Ch.* 900. *incepit Pyastes Poloniæ Dux. Frotho DANORUM REX fuit* Anno Chr. *primo.* Quod spectat Antiquitatem Regii DANORUM Regiminis, reperitur apud Scriptores esse in triplici genere & differentia.

Tria genera Scriptorũ de Antiqu. REGNI DANICI. Alii sunt, qui à generali consensu provinciarum insularumq; Danicaaum in unum REGEM DANUM vota conceperunt. Quam viam ingreditur b. m. Ericus Pomer. REX DANIÆ, qui *in historica narratione de Dan. Orig.* his verbis: *Ita quælibet terra habuit speciale nomen, quod habet adhuc donec tempore Davidis Regis habuerunt Dan.* Strelow. *è Chron. Goth. omnes provinciæ Regem Danum crearunt Regnante Davide in Judæa & Latino Sylvio in Italia.* Tormius *Antiquit. Dan. sermone* 8. *Danaus, alii legunt Danum, Humble filius ex Balthica familia. Hic ad suum nomen & Balthos & Cimmerios vocavit, ne Balthi viderentur,*

qui

qui inferiores erant hâc confœderatione, in servitutem incurrere Cimmeriorum potentiorum, sed ut æquali dignitate liberi essent utriq;. Et hoc Anno 2910. ab accessu Cimmeriorum in Balthicum 1062. à prima Cimmeriorum Getharumq; in Orientem transmigratione, sub Rege Erico 426 factum est, Monarcham Balthicum publicè titulis Cimmerici, Dacici & Archiregis Getici in aquilone imperare, & sic quidem tria hæc Regna sub uno maximo Principe manserunt, salvo cujusq; statu, dignitate, auctoritate, privilegiis, nomine per annos 1447. usq; ad Regem maximum Halaricum Hylletand ad Annum 395. tunc eum statũ, quem nunc Dacia habet, subiit: nam sic tria hæc Regna, quæ hactenus distincta uni paruerunt Domino, in unũ fere unius Danici nominis transiêre, decreto unanimi Regis & populi, obliteravitq; vox Danica voces Cimmeriorum & Getarum appellationes. In eandem sententiam descendunt Pontanus *in Dan. descrip.* Meursius *in hist. Dan.* Lyschander *Gen. Regum Dan.* Suaningius *Chron. Dan.* & qui primo loco mihi esset nominandus Saxo Grammaticus, qui omnes à Dano prima Danorum sceptra derivant, Anno M. 2910. quod Sadolenus ita:

Tunc novies centum bis mille decemq; per annos
Testibus Historicis fulserat orbis honos,
Ut nitidâ rigidæ lætentur origine gentes
Primævi titulum Dania Regis habet.

Hâc Regum periodo aliam longè anteriorem nostris Borealibus fuisse testantur sequentium applausus. Pontanus in *Chorogr. Dan. descriptione p. 765. Ad gentis instituta primosq; Reges quod attinet, si ex iis, quæ jam ante de Cimbris Theutonisq; sunt memorata, facere conjecturam liceat, habuêre olim Dani suos Reges vetustissimos.* REGNI DANORUM Antiquitas à 3000mo anno ante Christum natum.

ſimos. Nec ad id demonſtrandum adferri aut repeti opus, quos Saxo eumq; ſecuti recenſent aliquot ante Chriſtum natum ſeculis, in quibus Danus primus, ut placuit nonnullis, Chriſto 300. annis prior fuerit, ſed dicere ſatis ſit, quod certis & claſſicis auctoribus ſuperiùs patuit Cimbros ſc. cum extra ſuum ſolum cum Romanis belligerarent Catuli & Marii Conſulum temporibus, hoc eſt, nondum in terris nato noſtro Servatore Reges habuiſſe: Quorum qui Cimbris tribuuntur Bojerix & Beleus vel ut alii ſcribunt Bolerus nominatur &c. Confirmatur hoc ex Liv. *Dec.* 14. *l.* 63. ex recenſ. Glar. *Aurelius Scaurus Legatus Conſulis à Cimbris fuſo exercitu, captus eſt & cum in concilium ab iis evocatus deterreret eos, ne alpes tranſirent Italiam petituri, eo quod diceret Romanos vinci minimè poſſe, à Belo Rege feroſo Juvene occiſus eſt.* Idem Liv. *dec.* 4. *l.* 8. meminit *Lutarici*, qui dicitur Rex Danorũ. Verba hæc ſunt: *Galli magna hominũ vis ſeu inopia agri ſeu prædæ ſpe, nullam gentem per quas ituri eſſent, parem armis rati: Brenno duce in Dardanos pervenerunt, ibi ſeditio orta & ad 20000 hominum cum Lemnorio ac Luthario Regulis, ſeceſſione facta à Brenno in Thraciam iter averterunt.* Huc facit Bunthing *in itinerario S. Scripturæ* **Umb dieſe Zeit als** Gedeon **ein Richter war am Judiſche Völcker / verbunden ſich etzliche** Galater **oder** Gallier **mit dem** Cimbris, **Dännemarchern und Deutſchen und thäten ein Feindtlich Einfall im Griechenland und** Aſiam, **haben auch ein Ort Landes eingenommen und darein gewohnet.** Citat hic Diod. l. 6. Ms. de Rohan *in itin.* p. 181. *Les Gaulois & les Cimbres nations tant belliqueuſes, lesquilles ont menè des colonies non ſeulement en leur voiſinages, mais jusq; en Grece, Thrace &*

Aſie

Asie &c. Theoredus Rex Cimbrorum vixisse traditur A. M. 2696. i. e. à diluvio 1040. Strelow. *Goth. Chron.* Theod. de Niem *priv. & Jur. Imperat. Verùm repetamus altiùs vetustiora quædam acta Regni Daniæ. Legitur igitur in veteribus gestis Regum Danorum, quòd Regnum Daniæ incœpit* 200. *annos ante incarnationem Christi.* Rosiers *tom.* 3. *p.* 103. *Floruerunt Cimbri* 40. *annos ante nativitatē Christi, dehinc suis Regibus & limitibus contenti, maximā meruêre laudem, ita ut omnes Daniæ partes in unum Regnum & Regem coaluerint.* Veddel *in Mss.* quodam quod in Acad. Biblioth. Hauniensi reperitur, affirmat *Reges famosissimos circa A. M.* 2850. *i. e. à diluvio* 1194. *fuisse.* Venerandus Dn. Tormius *Antiquit. Dan. serm.* 3 .*Erant Reges in Regno Balthico, i. e. Danico, ultra annos* 426. *ante Humilium.* Quibus ita examinatis, satis compertum habemus Danica sceptra etiam à parte Cimbricæ Chersonesi prætensionem habere vindicandi præcellentiam Antiquitatis Regum. Sequitur enim accessorium suum principale ideoq; quæcunq; excellentia tribuitur Cimbriæ, eadem tribuitur Daniæ, in quantum sub uno eodemq; DOMINO comprehendatur. *Et veluti insulæ Italiæ pars Italiæ sunt & cujusq; provinciæ ff. l.* 5. *de Jurisd.* §. sic insulæ Danorum & provinciæ pars Daniæ sunt, eandemq; vim conferunt idem hodie urgendi in totum, quod olim in tantum sibi obtinuerunt. Tertium genus Scriptorum calculationes, quarum confusionem pepererunt diversitas regiminis & vicissitudines temporum, non priùs conciliare potest, quàm venerit ad tempora Gothrici: unde Reges Daniæ à Zwingero *in theatro suo* & Guthberleto in *Chron.* inconsideratè dicuntur numerari cœ-

R pisse,

LXXIII

pisse. De Ivaro Rege Danorum ita Christ. Helv. *Theatr. hist. Chron. Daniæ Regnum perantiqvum esse etiam ante Christi nati tempora ab Historicis perhibetur. Verùm cùm temporum series nec à Saxone Dano nec à Crantzio diligentissimis historicis prodita sit, causa est ut ad certos annos ejus historia referri & in Chronologiam accommodari non possit usq; ad præsentia Ivari tempora.*

Tit. III.

De testimoniis circa præcellentiam Regum DANORUM ratione Antiquitatis.

Legati REGIS DANIÆ præcellentiam Antiquitatis jure prætendunt.

Quæ itaq; sit rerum Danicarum connexio & quàm altissima sit erecti Regni memoria, perspicuè constare existimamus. Hinc Legati Regis Daniæ semper præcellentiam Antiquitatis prætenderunt. Unicum exemplum referam. A. 1555. 24. Feb. celebratæ sunt nuptiæ Johannis Alberti Principis Megapolitanorum cum Principissa Anna Christiani Regis Danorum nepte. Legati Danorum Ottho Skrumpen & Oligerus Rosenkrantz percipientes primam Choream jure Vasallitii offerendam Legatis Sigismundi Regis Poloniæ tanquam Domini sui, cœtu irabundi cesserunt, causâ additâ, sibi deberi præcellentiam Sessionis, quorum Domini Reges erant Antiquissimi, etiam tùm, cùm ne cæteri erant Principes. Aliud exemplum datur ab ipso Daniæ Rege Gothofredo, qui, cùm lacesseret Cæsarem, *asseruit jure sibi deberi Regnum Germaniæ, se enim genuinum Germanum vetustissimumq; Germanorum Regem, qui tenax disciplinæ Patriæ avitos Deos & fines nunqnam deseruit &c.* Ottho Fris. l. 2. c. 70. & 74. De his alibi, si detur occasio, agemus; ubi de prioritate seu prima Legatorum Daniæ sessione locuti fuerimus. Audia-

dia-

XXIV

diamus Coronidis loco consentientes de Danorum Antiquitate applausus. Est Mss. quoddam inter libros Simonis de Petkum Ordinarii p. t. apud Anglos Legati, quod Gallico idiomate hæc refert: *Il est vray, que fû le Roy de Suede, qui a tousjours disputè le rang â toutes les testes Couronnes de l'Europe sans excepter, que bien a peine l' Empereur &c.* Postea. *En tous les conciles & autres assembles des Princes Chrestiens, ou les Ambassadeurs des Rois de France & de ceux de Suede se sont trouvez, les nostrez ont tousjours precedé non seulement les Suedois, mais plusieurs autres, à qui les Suedois cedoient. A quoy on peut ad jouster, que les Rois de Dennemarck, qui ne sont pas moins anciens & n'ont pas eu la vanitè de disputer aux nostre le rang, lors qu'ils ont possedè le Royaume de Suede, (&) l'ont mis le dernier dans leur titres.* Infert hoc Tormius *Antiq. Dan. serm. 9. Nosq; edocti sumus addita esse pacta discretis ex constitutione Suenothoniana regnis amicitias inter Regem &c. Regem autem Dacorum, qui olim fuit Cimmeriorum Dacorum & Getarum ex more Antiquo primus Rex & quasi Monarcha Aquilonis esset, cæteris loco dignitate prior, proximus ei Rex Sueonum, qui ex Uppesalla nominatur, tertius Noricorum diceretur. Hanc constitutionem firmatam & juratam certis signaculis & ceremoniis tunc in Daniola, quæ est Helsingia, celebrârunt, in qua pulcherrimum visu erat tres in unum coiisse Reges mutuo favore futuras volentes impedire & diuturnas contentiones.* Quòd si uberiora desideras, consule Arnoldum Huitfeld, qui refert hujusmodi, quam CHRISTIANUS III. glor. mē. urgebat, prætensioné.

Ærodius rerum Jud. l. 1. *de statu hom.* tit. 4. c. 1. *Tempore verò Augusti Cæsaris quidam Rex Svevo* (credo legendum esse Snio) *tantâ fuit potentiâ, quod* (*verba sunt ejus*) *sicut ipse Augustus in Oriente nec non Asia & Europa pro parte sibi & Romanis terras & dominia subdidit longè lateq́;, sic iste Svevo Rex Regnante hoc provincias maritimas in occidentali plaga Scotiam, Hiberniam, Angliam, Valliam & quasdam insulas maris illis contiguas per crebra navalia bella ipsi subdidit ex quo apparet, quòd ipsum Regnum Daniæ inter omnium Christianorum Regna sit antiquissimum, quodq; ipsum Cæsarem Augustum minimè recognoverit.* Agmen claudat Religiosis. Joh. Suaning. *com. rer. Dan. Tempore, quo Saruch avus Abrahæ supervixit, Cimbri omnium primi socios hujus migrationis secum adducentes Gothos in hanc borealem oram pervenerunt A. M. juxta Chronologos* 1064. (credo potiùs legendũ esse 1819. vel 1864.) *ante Romam conditam* 687. *ante Christum* 1437. *ex quibus certè constat Daniam vetustate Romanum longè superare Regnum atq; ob senium vetustatemq́; præ cæteris Europæ Regnis omnibus singularem habere prærogativam, nec ulli magistratui more reliquorum Regnorum Europæ esse subjectam,* Propterea quod *cùm Dania constituta ordinataq; sit Regnum à Deo, superiores tunc in Europa nulli erant magistratus nec nomen etiam tum in Europa Imperatorium erat auditum. Ita de hac libertate Antiqua & de senio non modò Dania, sed etiam incolæ ejus, quò se jactent & glorientur præ cæteris omnibus Regnis plurimum habent, qui à Cimbris ex Asia in Europam, vivente Saruch, transgressi, ea primò Thraciæ finitima loca &c.* Hæc hi docti Viri. Posset discursus in tam aperto campo latiùs exultare: Posset & Veritas

hæc

hæc Divina in tanta rerum copia tripudiare. Cùm autem alibi argumentum materiæ nostræ exemplis illustrare decreverim, tempori hâc vice cedendum arbitror. Vos interim, qui partim æquis animis sinceri rerum æstimatores esse vultis, partim debitô animô in PATRIÆ honorem recumbitis, subsequimini acclamantes: & fiet ut

VIVANT
Quos VIGERE vovemus
REX
REGINA
REGIA FAMILIA
REGIIQ; SUBDITI.

APPLAUDITE!



Σφάλματα ferè sic corriguntur.

A. 4. *lin.* 39. *pro Brietii lege Bertii.* B. 1. *lin.* 32. *Numerus.* B. 3. 28. *stabilienda.* B. 4. *l.* 22. *Bithynia* C. 1. *l.* 53. *Plutarchus.* C. 3. *l.* 23. *pro cum historiis, lege Historiis.* C. 4. *l.* 31. *Delacampius l.* 33. *Græcis.* D. 1. *l.* 4. *cœptum.* D. 3. *l.* 45. *Ad Exmore.* E. 1. *l.* 31. *lege inordinato libidinis &c.* E. 1. *l.* 53. *propriâ solutâ naturâ alienam attraxit.* 61. *demonstrari.* E. 2. *l.* 36. שִׁיר. 39. FRIDEREK. 53. *pro* Ziir *lege* Siir. E. 3. *l.* 13. *excitativam.* E. 3. *l.* 38. שׁ שׂ. E. 4. 76. *pro illusio lege allusio.* F. 2. *l.* 27. *Confer C.* III. *lin.* 28. *lege* CAPUT II. F. 3 *l.* 55. *lege, Ad hæc replicabunt.* F. 4. *l.* 11. גמר. G. 2. *l.* 3. *lege, quod tangit omnes.* G. 2. *l.* 31. *ore deniq; ipso. l.* 46. *idiothismum.* G. 3. 25. *Svevos. l.* 43. *pro Tit.* 2. *lege Tit.* 4. H. 3. *l.* 52. *adde & C.* 1. *Tit.* 2. *Tit.* 3. *l.* 58. *lege solicita.* I. 1. *l.* 55. *lege Prolegom.* I. 2. *l.* 11. Κιμμερέιους τοῦ Κίμβρους. *l.* 19. προσηγορία. *l.* 26. *ad l.* 35. *Cum Cursiv.* I. 4. *lin.* 39. *pro Claudianus lege Mantuanus. lin.* 41. *pro tempore Arcadii lege tempore Augusti.* K. 1. *l.* 13. *partim.* K. 3. *l.* 28. *auctoritate Vopisci.* K. 4. *l.* 5. *pro tum tam lege.* L. 3. *l.* 63. *Comple & Saxone, qui hæc referunt.* M. 3. *l.* 60. *annullatæ. l.* 61. *Regni Franciæ.* N. 3. *l.* 7. *verisimilima. l.* 12. *Annal. l.* 22. *constituta. l.* 42. *de te dicuntur, quod verbo Judices adjungitur.* N. 4. *l.* 6. *lege pro in Periplum, in* περιήγησιν *Marciani.* N. 4. *l.* 16. *responsionemq;, l.* 61. *dele, sit. l.* 62. *lege incisa* O. 1. *l.* 57. *vel lege pro liberavit eripuit: vel dele a.* O. 2. *l.* 8. *conditionem.* Q. 1. *l.* 19. *lege terendo. l.* 55. & 57. *lege* αὐλοχθόνους. Q. 2. *l.* 63. *pro primo Pelegum, lege Eberum.* Q. 3. *l.* 52. *Danicarum.* Q. 4. *l.* 17. *eandem.*



